






C-87





CONCILIUM  
ROMANUM

*In Sacrosancta Basilica Lateranensi*

CELEBRATUM


Anno Universalis Jubilæi

MDCCLXXV.

*A Sanctissimo Patre, & Dño Nostro*

**BENEDICTO PAPA XIII.**

Pontificatus sui Anno I.




ROMÆ, ex Typographia Rocchi Bernabò, Anno MDCCLXXV.  
Sumptibus Francisci Gjannini SUÆ SANCTITATIS Bibliopolæ.


*CUM PRIVILEGIO SUMMI PONTIFICIS.*  
*Jos Baptistæ Nami* *Ep'i Sarsinaten'*












# INDICTIO ROMANI CONCILII,

\* \* \* \* \*

## BENEDICTUS PAPA XIII.



**R**EDemptor Noster, qui plantavit vineam suam electam, eamque locavit agricolis, ut redderent fructum temporibus suis, vigilantiam potissimum custodibus commendavit, ut, si quæ mala germina succrevissent, provida sollicitudine evellerent, ac dissiparent, & per assiduum boni seminis cultum, optimas in horrea, copiosasque fruges inferrent.

Myfticis his monitis , ac præceptis  
inftituta Chrifti Ecclefia , nihil ad do-  
ctrinæ , difciplinæque falutaris fructum  
conducibilius reputavit , quàm ut pru-  
dentes fervi , quos pofuit Dominus cu-  
ftodes in vineis , ftatis temporibus con-  
venirent in unum , eorumque collatis  
in commune confiliis , mores emenda-  
rentur , controverfiæ componerentur ,  
vineæque florentes latiùs darent odo-  
rem fuum . Itaque per facros Canones  
fæpè decretum , ut quolibet faltem  
triennio unufcujusque Provinciæ Epi-  
fcopi , legitimè congregati , Provincia-  
lem Synodum celebrent ; eumque  
morem , ficubi obfoleviffet , Sacrofan-  
cta Tridentina Synodus renovandum ,  
reftituendumque curavit . Ac Nos qui-  
dem , cum in Beneventana nofta Eccle-  
fia refideremus , graviffimis licèt cala-  
mitatibus conflicti , ac terræ motibus  
horribiliter jam tertio concuffi , ac pro-  
pe ruinis oppreffa , Metropoli ipfa col-  
lapfa , & folo penè æquata , B. PHI-  
LIPPI NERII præfenti ope fervati ,

canon-

canonicæ hujus observationis officium  
semel, & iterum obire non prætermisi-  
mus. Ad hanc verò Apostolicæ Sedis  
formidandam altitudinem evecti, uni-  
versæque vineæ Domini Sabaoth, licet  
immerentes, præpositi, nihil antiquius  
habuimus, quàm ut saluberrimam,  
hanc Episcopalis muneris partem, &  
ipsi præstaremus alacrius, & ceteris  
explendam vehementiùs commendare-  
mus, primæ hujus Sedis exemplo; ut  
cujus Episcopale viget Magisterium,  
Episcopalis etiam servitutis forma,  
cunctis Ecclesiæ Pastoribus ad imitan-  
dum proposita, operarios ad laborem  
magis accenderet, atque ad uberio-  
rem agri Dominici fructum redundaret. Ac-  
cessit præterea ad studiorum nostrorum  
incitamentum magni Jubilæi opportu-  
nitas; cum nimirum perditas oves stu-  
diosiùs requirere, atque ad earum salu-  
tem intentiùs advigilare, Annus ipse  
Redemptionis, acceptabilis Domino,  
& materna Romanæ Ecclesiæ charitas,  
& oblata Æterni Patris benignitas ad-  
monet.

Volumus igitur, ac mandamus, ut Episcopi omnes, in speciali nostra Provincia constituti, videlicet inter Capuanam Provinciam, & Pisanam; necnon Archiepiscopi, Suffraganeis carentes, & tam Episcopi, huic Sanctæ Sedis immediatè subjecti, quàm Abbates nullius Diœcesis, jurisdictionem quasi Episcopalem habentes, qui aliàs sibi Metropolitanum, cujus Provinciali Concilio interfint, ad formam Tridentini non elegerunt, ad diem Dominicam in Albis proximi anni 1725. in hanc Almam Urbem conveniant, ut in Concilio Nobiscum congregati, Ecclesiarum suarum necessitates proponere, & quæ discutienda proponentur, communi consilio expendere, & consensu firmare valeant. Simul etiam, Capitulis, & Cleris suis edicant, ut, si quæ habeant negotia, quæ ad Synodalem conventum, quem in antedictam diem indicimus, deferenda censuerint, per Procuratores suos, Synodi iudicio dirimenda, aut componenda, proponant,



nant. Preces autem interea & privatas effundant, & publicas, ex præscripto sacrorum Canonum, indicant, ut Pater Cœlestis, dives in misericordia, visitare vineam istam in benedictionibus suis, & consilia, actusque nostros aspirando prævenire, & adjuvando prosequi dignetur. Datum Romæ apud S. Petrum in pervigilio Nativitatis Domini die xxiv. Decembris mdccxxiv.

*F. A. Archiepisc. Episc. Abellinen.  
Sac. Conc. Secretarius.*



PRO-

# PROROGATIO

*Celebrationis Concilii*

Ad Dominicam Secundam post Pascha,  
die 15. Aprilis 1725.

\* \* \*

## BENEDICTUS PAPA XIII.



U<sup>P</sup>REMI cum nostri  
sit Apostolatus Officii,  
gloriosum Ecclesiæ Ca-  
tholicæ statum honore  
debito promoverè, & sa-  
crofanctas ipsius actio-

nes, quantum cum Domino possumus,  
ad Dei gloriam, Fideliumque profe-  
ctum, celebrare; quæcumque his detri-  
menta afferre, quæque ordinem, &  
harmoniam turbare posse prospicimus,  
nostra Nos decet consideratione di-  
movere. Nuper siquidem, sub nostris  
datis literis apud Sanctum Petrum, per-  
vigilio Nativitatis Domini, 24. De-  
cembris 1724. pro divino cultu perau-  
gendo, aliisque, à sacris Canonibus,  
ac generali Tridentino Concilio, ad

Pro-

Provincialium præsertim Synodorum  
excitandam celebrationem, salubriter  
fancitis, exequutioni demandandis,  
Concilium Romanum, à Nobis, Deo  
opitulante, cum certis, per Nos spe-  
cialiter tunc vocatis, Venerabilibus  
Fratribus Nostris Archiepiscopis, &  
Episcopis, aliquibusque Abbatibus,  
jurisdictionem quasi Episcopalem ha-  
bentibus, Dominica proxima in Albis  
habendum, indiximus. Verùm, quia  
rebus quibusdam digerendis, quæ die-  
bus hisce supervenere, indicta Concilii  
dies non satis fore commoda existima-  
tur; minùsque etiam vocatis Patribus  
opportuna, quorum aliquos, ex Transal-  
pinis præcipuè, & Transmarinis, longo  
jam itineri accinctos, paucis datis aliis  
induciis, expectemus, oportet; matu-  
ra idcirco deliberatione nostra, Con-  
cilii prædicti celebrationem ad diem  
octavam indictæ Dominicæ in Albis,  
quæ est secunda post Pascha, diem sci-  
licet decimam quintam Aprilis hujus-  
met Anni, differimus, ac prorogamus;

b

ipsum,

ipsumque Concilium in Patriarchalem  
Nostram Lateranensem cogendum, ibi-  
que solemniter celebrandum, edicimus,  
atque statuimus. Quocirca præfatos  
omnes, aliosque quoscumque, qui de  
jure, vel consuetudine interesse debent,  
iterum requirimus, & monemus, ac di-  
strictè præcipientes, mandamus, qua-  
tenus die supradicta in Concilium,  
tunc in præfata Nostra Ecclesia cele-  
brandum, convenire, ac personaliter  
eidem, sacrisque omnibus functionibus,  
ad Synodi usque conclusionem, Pa-  
trumque dimissionem, interesse tenean-  
tur. Interim Deum iterum, atque ite-  
rum humiliter exorandum optamus,  
ut suæ Spiritum Sapientiæ mentibus  
nostris infundere dignetur, quatenus,  
eo inspirante, opportunis modis, quæ  
recta sunt exequi, & malis omnibus  
obviare possimus. Datum Romæ apud  
S. Petrum die 24. Martii 1725. Pontifi-  
catus Nostri Anno Primo.

*F. A. Archiepisc. Episc. Abellinen.  
Sac. Conc. Secretarius.*

# TITULORUM CONCILII ROMANI INDEX ALPHABETICUS.

## A

**A** Cnfationibus Tit. XXIX.  
Ætate, & qualitate Præfi-  
ciendorum Tit. VI.  
Appellationibus Tit. XIV.

## B

**B** Aptom, & Confirmatione  
Tit. XXVI.

## C

**C** elebratione Miffarum, Sacra-  
mento Euchariftiæ, & Divi-  
nis Officiis Tit. XV.  
Clericis nō residentibus Tit. XVII.  
Confecratione Ecclefiæ, & Altaris  
Tit. XXV.  
Constitutionibus Tit. II.

## E

**E** cclefiis ædificandis, vel repa-  
randis Tit. XXVII.

## F

**F** eriis, & Feftorum dierum ob-  
fervantia Tit. XI.  
Fide Instrumentorum Tit. XII.  
Foro competenti Tit. X.

## I

**I** mmunitate Tit. XXVIII.  
Jurejurando Tit. XIII.  
Jurepatronatus Tit. XXIV.

## M

**M** agiftris Tit. XXX.  
Majoritate, & obedientia  
Tit. IX.

## N

**N** E, Sede vacante, aliquid in-  
novetur Tit. XVIII.

## O

**O** fficio Judicis delegati Tit.  
VII.  
Officio Judicis ordinarij Tit. VIII.

## P

**P** Oenitentiis, & remiffionibus  
Tit. XXXII.

## R

**R** ebus Ecclefiæ non alienandis  
Tit. XIX.  
Regularibus Tit. XXI.  
Religiolis Domibus, ut Epifcopo  
fint fubjectæ Tit. XXIII.  
Refcriptis Tit. III.

## S

**S** ententia excommunicationis  
Tit. XXXI.  
Statu Monachorum, & Eremita-  
rum Tit. XXII.  
Summa Trinitate, & Fide Catho-  
lica Tit. I.  
Supplenda negligentia Prælato-  
rum Tit. IV.

## T

**T** emporibus Ordinationum  
Tit. V.  
Testamentis Tit. XX.

## V

**V** ita, & honeftate Clericorum  
Tit. XVI.

D E C R E T O R U M  
C O N C I L I I R O M A N I  
I N D E X A L P H A B E T I C U S .

A

**A** Confraternitatum . De Re-  
lig. Domib.  
Ad antiquum . De statu Mona-  
chor. & Eremit.  
Ad execrabilis . De For. compet.  
Ad hæc . De Sum. Trinit.  
Ad hæc . De Cleric. non residen.  
Aliàs . De Immunit.  
Antiqua . De Regularib.  
Antiqua . De consecrat. Eccl.

C

**C** Eterùm . De Ætat. & qualit.  
Ceterùm . De Cleric. non re-  
siden.  
Christianæ . De Jurepatronat.  
Clericali . De Ætat. & qualit.  
Concillii IV. De Appellation.  
Consueto . De Immunit.  
Cum Alexandri III. De Testament.  
Cum ad Fidei . De Sum. Trinit.  
Cum Clericorum . De Vit. & ho-  
nest. Cleric.  
Cum Episcopi . De Offic. Judic.  
deleg.  
Cum in locis . De Immunit.  
Cum invisibilia . De celeb. Missar.  
Cum juxta . De temp. Ordin.  
Cum nemo . De suppl. neglig. Præ-  
lator.  
Cum per Apostolum . De Ætat. &  
qualit.  
Cum præcepto . De Offic. Judic.  
Ordin.  
Cumque . De Constitut.  
Cumque . De major. & obed.  
Cumque Episcopi . De fid. Instrum.  
Cum satis . De Magistris .

D

**D**E cetero . De stat. Mona-  
chor. & Eremit.  
Decreto . De Constitut.

E

**E** Am . De Testamen.  
Easdem . De stat. Monachor.  
& Eremit.  
Ecclesiæ . De consecr. Eccl.  
Ecclesiarum . De Sum. Trinit.  
Ecclesiarum Capitulis . De Constit.  
Ecclesiastica . De fid. Instrum.  
Ecclesiasticæ . De senten. Excom-  
munic.  
E Monialium . De Regularib.  
Encæniam . De consecr. Eccl.  
Episcopale . De fid. Instrum.  
Episcopi . De Offic. Jud. Ordin.  
Episcopi . De Vit. & hon. Cleric.  
Episcoporum . De Sum. Trinit.  
Episcoporum conscientiam . Ibid.  
Episcoporum . De jurejuran.  
Ex ipsius . De celebr. Missar.  
Ex quo . De Feriis

F

**F** Ideles . De Senten. Excom-  
munic.  
Fructus verò . De Sum. Trinit.

H

**H**æreticorum . De Eccl. ædific.  
Hinc . De fid. Instrum.  
His præhabitis . De Constitut.

I

**I** Donei . Ne, Sede vacan.  
Ideo . Ibid.

In conferendis . De Ætat. & qualit.  
In hujus . De Major. & obed.  
Instruções . De pœnit. , & remission.  
In suis . De Regularib.  
Inter . De Relig. Domib.  
Invigilent. De Sum. Trinit.  
Ipsi autem . De vit. & hon. Cleric.  
Ipso . De Offic. Jud. ordin.

## L

**L** Aicis . De vit. & hon. Cleric.  
Lectores . De Sum. Trinit.

## N

**N** On est Parochorum . De Baptism. & Confirm.  
Non est in solemn. Ibid.  
Non sunt . De Immunit.  
Nuper . De celebrat. Missar.

## O

**O** mnes . De Cleric. non resid.

## P

**P** erfectorum . De fid. Instrum.  
Præterea . De Appellat.  
Pro consueta . De celebrat. Missar.  
Pro co . Ibid.  
Providè . De Cleric. non resid.

## Q

**Q** uam demum . De Offic. Jud. Ordin.  
Quamvis . De Cleric. non. resid.  
Quantum . Ibid.  
Quarti . De Accusation.

Quæ aliàs . De pœnit. & remission.  
Quia . De Baptism. & Confirm.  
Quicumque . De Ætat. & qualit.  
Quicumque . De fid. Instrum.  
Quod à fel. rec. De celeb. Missar.  
Quod antiquitus . Ibid.  
Quoniam . De Major. & obed.  
Quo verò . De temp. Ordin.

## R

**R** Ationi . De Rescript.  
Regale . De Offic. Jud. ordin.  
Reliquos . De Sum. Trinit.  
Reprehensibile . De jurejurand.

## S

**S** Acræ . De pœnit. & remission.  
Sacrosanctæ . De Cleric. non resid.  
Saluberrima . De pœnit. & remis.  
Sanctam Catholicam . De Sum. Trinit.  
Sanè . De celebrat. Missar.  
Satis . De Constitut.  
Solerti . De Baptism. & Confirmat.  
Super . De Fetiis .  
Supra . De celebr. Missar.  
Sui . De vit. & honest. Cleric.  
Studeant . De Regularib.

## T

**T** uronensis . De Magistris.

## V

**V** icarios . De Offic. Jud. deleg.  
Ufu est . De reb. Eccles. non alienan.



# APPENDICIS

## AD ROMANUM CONCILIUM


### INDEX.

- |       |  |           |
|-------|--|-----------|
| I.    | INSTRUCTIO <i>pro bene, &amp; expeditè docendo Doctrinam Christianam.</i>  | pag. 131. |
| II.   | CONSTITUTIO SS. D. N. BENEDICTI XIII. <i>super erectione Præbendæ Theologalis, &amp; Pœnitentiariæ in Cathedralibus.</i>   | 135.      |
| III.  | BREVE <i>fel. rec. Clem. XI. ad Cardinalem Ursinum, Archiepiscopum Beneventanum, commendans Decretum I. &amp; II. illius Concilii Provincialis super Statutis Capitularibus Ecclesiarum.</i> | 140.      |
| IV.   | CONSTITUTIO SS. D. N. BENEDICTI XIII. <i>circa Abbatum Regularium obligationem, solemnem benedictionem suscipiendi ab Episcopis, in quorum Diœcesi sunt electi.</i>                          | 142.      |
| V.    | CONSTITUTIO <i>ejusdem SS. D. N. super norma coercendi Clericos beneficiatos, in laicali habitu incedentes.</i>  | 147.      |
| VI.   | CONSTITUTIO <i>ejusdem super Quarta funeralium, solvenda Parochis à Regularibus, apud quorum Ecclesias Defuncti tumulabuntur.</i>  | 151.      |
| VII.  | <i>Decretum Sac. Congregationis Concilii circa Subcolletores.</i>  | 157.      |
| VIII. | CONSTITUTIO SS. D. N. BENEDICTI XIII. <i>qua variæ confirmantur, &amp; declarantur, favore Ecclesiæ, &amp; Abbatis Monasterii Cassinensis.</i>   | 162.      |
| IX.   | MOTUS <i>proprius fel. mem. Sixti V. circa confectioem Inventariorum, seu Platearum, bonorum omnium Ecclesiasticorum.</i>  | 178.      |
| X.    | METHODUS <i>conficiendi Inventaria.</i>  | 181.      |
| XI.   | CATALOGUS <i>Scripturarum, in Archiepiscopis Curiarum &amp; Episcopatum servandarum.</i>   | 192.      |
| XII.  | INSTRUCTIO <i>S. Congr. Concilii pro Relatione conficienda status Ecclesiarum, in sacrorum Luminum visitatione.</i>  | 195.      |
|       |  | XIII.     |



- XIII. *DECRETA S. Congr. Episcoporum de mandato fel. rec. Clem. VIII. circa appellationes, & inhibitiones.* 203.  
*Item Decreta Urbani VIII.* 206.  
*Item Declarationes SS. D. N. BENEDICTI XIII.* 207.
- XIV. *CHIROGRAPHUS ejusdem SS. D. N. quo in Urbe statuitur Promotor Fiscalis Generalis pro patrocinio Ecclesiasticarum Casuarum, Criminalium tantum, in gradu appellationis favore Fisci Ecclesiastici, etiam Regularis.* 214.
- XV. *DECRETUM fel. rec. Clem. XI. circa celebrationem in Oratorii privati.* 218.
- XVI. *CONSTITUTIO SS. D. N. BENEDICTI XIII. confirmationis Literarum rec. mem. Innocentii XIII. super Ecclesiastica disciplina in Hispaniis.* 220.
- XVII. *METHODUS, à Clero servanda, super Congregationibus Rituum, & Casuum moralium, singulis hebdomadibus habendis.* 239.
- XVIII. *EDICTUM circa vitam, & honestatem Clericorum Urbis.* 243.
- XIX. *BREVE SS. D. N. BENEDICTI XIII. super emphyteusibus Ecclesiasticis Civitatis, ac Diœcesis Beneventanæ.* 249.
- XX. *EPISTOLA encyclica S. C. Episcoporum, qua expensæ, occasione festivitatum, & officiorum in Monialium Monasteriis, etiam Regularibus subiectis, nullatenus proprio, & peculiari ipsarum Monialium nomine, sed à Monasteriorum communitate omnino, & moderate faciendæ demandantur.* 254.
- XXI. *REGULÆ, servandæ ab Eremitis, Ecclesiarum campesium servitio, & custodiæ addictis.* 257.
- XXII. *SUMMARIUM Constitutionis rec. mem. Clem. VIII. incipien. Quæcumque à Sede Apostolica, An. 1604. pro Confraternitatibus.* 263.
- XXIII. *CONSTITUTIO SS. D. N. BENEDICTI XIII. confirmationis Bullæ Pii PP. II. qua in beneficiorum collationibus, faciendis ab Archiepiscopo Beneventano, conceduntur primi medii fructus in reparationem Ecclesiæ Metropolitanæ.* 267.
- XXIV. *CONSTITUTIO ejusdem SS. D. N. super concessione medietatis annatæ fructuum beneficiorum primi anni, in collationibus faciendis à Locorum Ordinariis, ad beneficium*

- ficium Cathedralium, & Collegiatarum respectivè, in Italia, & Insulis adjacentibus.* 271.
- XXV. CONSTITUTIO *ejusdem SS. D. N. declarationis quorundam Casuum Bullæ fel. rec. Gregorii XV. super Ecclesiarum Immunitate, & extensione ipsius ad novos alios casus.* 277.
- XXVI. DECRETUM *generale Sac. Congr. Rituum, prohibens laicis osculum Evangelii in Missis: usum Baldacchini in Ecclesia: & assistentiam in Presbyteriis.* 285.
- XXVII. CONSTITUTIO *SS. D. N. BENEDICTI XIII. qua providetur Clericorum Seminariis, sive creclis, sive erigendis: & nova, Seminariorum nuncupanda. Congregatio in Urbe erigitur.* 287.
- XXVIII. MANDATA, & Monita *pro Medicis quoad curam spiritualem infirmorum.* 295.
- XXIX. INSTRUCTIO *pro pueris, primò admittendis ad Sacramentum Pœnitentiæ.* 298.
- XXX. INSTRUCTIO *pro pueris eisdem, primò sacram Communionem suscepturis.* 308.



# P R I V I L E G I U M

*Pro Concilii Romani impressione.*

\*.\*

## BENEDICTUS PP. XIII.

AD FUTURAM REI MEMORIAM.

**C**UM sicut dilectus filius Franciscus Gjannini, Palatii Apostolici Bibliopola, Nobis nuper exponi fecit, ipse librum cui titulus: CONCILIUM ROMANUM IN SACROSANCTA BASILICA LATERANENSI ANNO JUBILÆI MDCCXXV. A NOBIS CELEBRATUM, sua impensu Typis in Alma Urbe Nostra mandaverit, seu mandare, & in lucem edere intendat, vereatur autem ne postquam in lucem prodierit, alii, qui ex alieno labore lucrum querunt, librum præfatum iterum imprimant, seu imprimi curent in ipsius Francisci præjudicium: Nos ejus indemnitati, ne ex impressione hujusmodi aliquod dispendium patiatur, providere, illumque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinatis, eidem Francisco, ut durante decennio, à primæva dicti libri impressione computando, dummodò tamen à dilecto filio Magistro Sacri Palatii Nostri Apostolici prius licentiam obtinuerit, nemo tam in Urbe præfata, quàm in reliquo Statu Ecclesiastico, mediatè, vel immediatè Nobis subiecto, librum præfatum, etiam sub prætextu additionum, sine speciali dicti Francisci, aut ab eo causam habentium, licentia imprimere, aut ab alio, vel aliis impressum vendere, seu venalem habere, aut proponere possit, & valeat, auctoritate Apostolica, tenore presentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea utriusque sexus Christianis fidelibus, præsertim librorum Impressoribus, & Bibliopolis, sub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amissionis librorum, & typorum omnium, pro una, Camera Nostræ Apostolicæ, & pro alia, eidem Francisco, ac pro reliqua tertia partibus accusatori, & Ju-

dici

dici exequenti irremissibiliter applican., & eo ipso absque ulla declaratione incurren. pœnis, ne, dicto decennio durante, librum præfatum, aut aliquam ejus partem, tom in Urbe, quàm in reliquo Statu Ecclesiastico præfatis, sine hujusmodi licentia imprimere, aut ab aliis impressum vendere, seu venalem habere quoquo modo audeant, seu præsumant. Mandantes propterea dilectis filiis Nostri, & Apostolicæ Sedis de Latere Legatis, seu eorum Vicelegatis, aut Præsidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & aliis Justitiæ Ministris, Provinciarum, Civitatum, Terrarum, & Locorum Status Nostri Ecclesiastici præfati, quatenus eidem Francisco, seu ab eo causam haben. præfatis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, quandocumque ab eodem Francisco fuerint requisiti, pœnas præfatas contra quoscumque inobedientes irremissibiliter exequantur. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis Statutis, & consuetudinibus etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumnus autem, ut presentium transumptis, etiam in ipso libro impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ presentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostense. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die XXXI. Julii MDCCXXV. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

F. Card. Oliveritis .

---

IMPRIMATUR .

Fr. Gregorius Selleri Ord. Prædicatorum, Sacri  
Palatii Apostolici Magister .

L I T E R Æ  
P U B L I C A T I O N I S C O N C I L I I  
R O M A N I .




B E N E D I C T U S P A P A X I I I .

Venerabilibus Fratribus, Dilectisque Filiis, Archiepiscopis, Episcopis, & Abbatibus, ceterisque, qui Concilio nostro Romano, nuper à Nobis coacto, & Dei gratia solemniter absoluto, interfuerunt, vel interessè debuerant, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

QUATUOR cum supra centum Romani nostri Concilii Decreta, sub duobus, & triginta Titulis, Decretalium more, disposita, octo inter solemnes Sessiones, Mensibus proximè præteritis Aprili, & Majo, Sacrosancta in Basilica nostra Lateranensi à Nobis, cum Vestrum omnium conventu, celebratas, unanimi consensu lecta, lata, & promulgata fuerint, atque in unum inde collecta Volumen, illarum etiam Appendicem referens Sanctionum, & Constitutionum, quas ejusdem Concilii occasione statuendas judicavimus, cum originalibus jam collata, typis Alma in hac Urbe nostra sollicitè imprimenda curaverimus; illam tandem, post quatuor plannè menses, in ipsis diligenter, emendatèque cudendis infumptos, decurrente hoc mense in lucem publicam prodissè significamus. Ne verò aliquam super iis, quibus, ut evitentur, vel executioni mandentur, certa ibi tempora præstituuntur, quandonam scilicet eos, ad quos pertinent, obligare cœperint, dubitationem suboriri contingat, omnes, & singuli, præsentium vigore, volumus, à die inferius signanda, Decretis ipsis Concilii, universisque aliis Sanctionibus, & Constitutionibus, ibidem relatis, obligari cœpissè sciant, prout eos obligatos esse, denunciamus. Ut hoc autem ad omnium  
noti-

notitiam perveniat, nostras has Literas de more in Alma  
ejusdem nostræ Urbis locis solitis legi, publicari, & affigi  
jubemus; ac inde cuiuspiam excusationem, quòd ea igno-  
raverit, ullatenus non admitti, auctoritate Apostolica, sta-  
tuimus, ac declaramus; quibuscumque in contrarium non  
obstantibus. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem  
die vigesima quinta Octobris 1725. Pontificatus Nostri An-  
no Secundo.

*F. A. Archiepiscopus Episcopus Abellinen.  
Sac. Conc. Secretarius.*



I

# DECRETA CONCILII ROMANI

Celebrati Anno Jubilæi

M D C C X X V.

*Diebus 15. 22. 29. Aprilis : & 6. 13. 22. 27. & 29. Maii.*


---

## TITULUS I.

De Summa Trinitate, &  
Fide Catholica

C A P. I.

*Fidei professio in Conciliis emittenda. Quando,  
& a quibus extra Synodales conventus?*



**I**N nomine sanctissimæ, ac individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen. Sanctam Catholicam, & Apostolicam fidem, humanæ salutis initium, Christiani ædificii basim, divinique Numinis cultus firmamentum, sacrosancta quam coluit, & colit, docetque, ac docuit Romana Ecclesia, quaque justus homo vivit, & sine qua impossibile est placere Deo, integram cum primis

A mis

mis, & inviolatam ab omnibus tenendam, atque custodiendam decernentes, mysticum ejusdem nostræ fidei fundamentum, supra quod nemo aliud ponere potest, Jesum Christum, Dominum Nostrum, obsecramus, ne unquam nostris ipse malis offensus, velut olim in navi dormire videatur, sed sponsæ suæ Ecclesiæ vocibus semper excitatus, semperque erectus, in brachio virtutis suæ ejus disperdat inimicos, ventisque superbix, marique inconstantix imperet, cessentque tempestates: hæreses tollat, falsa dogmata dissipet, & Apostolicam navem tuta semper statione conservet. Interim, ut iis, qui corde in fide ipsa firmi sunt, & stabiles ad justitiam, ore insuper confessio fiat ad salutem; Tridentini Nos Concilii decreto <sup>a</sup> inhærentes, ipsam fidei professionem, eisdem verbis, quibus, juxta formam a fel. rec. Pio Papa IV. præscriptam <sup>b</sup>, Nos ipsimet, & universa Synodus hujus initio Concilii publice præstitimus, & solemniter professi sumus, ab infrascriptis, suo loco, & tempore, in eorum respective Diocesisibus, emittendam decernimus, sub poenis contra contumaces in Bulla ipsa latis, aliisque Episcoporum arbitrio statuendis. Fidei itaque professionem emittent -

I. Episcopi, aliique de Clero, recens Ecclesiasticis de beneficiis provisi, aut sacris Ordinibus initiati, in Dioecesana Synodo, primò celebranda.

II. Dignitates, & Canonicatus obtinentes, post adeptam possessionem, tum in manibus Episcopi

<sup>a</sup>  
Sess. 24. de  
ref. cap. 12.

<sup>b</sup>  
Constitut. 88.  
An. 1564.



scopi, vel ejus Vicarii Generalis, tum in Capitulo infra bimestre.

III. Beneficia cum animarum cura habentes, post ipsorum possessionem, infra idem tempus, in manibus tantummodo Episcopi, vel Vicarii Generalis; prout & in alterutrius manibus

IV. Quicumque alia Beneficia simplicia obtinentes.

V. Item novus Vicarius Generalis: Vicarii Foranei: Procuratores, & Promotores Fisci Episcopalis, Cancellarii, ceterique Ministri ejusdem Curia.

VI. Novi Concionatores, etiam Regulares.

VII. Novi Confessarii, etiam Monialium.

VIII. Docentes publice, vel privatim Theologiam, Philosophiam, Jus Canonicum, aut Civile, vel inferiores quaslibet disciplinas, etiam Grammaticam.

IX. Ac tandem Medicinam, & Chirurgiam exercentes.

## C A P. I I.

*Constitutionis UNIGENITUS Clementis PP. XI.  
observantia Episcopis commendatur.*

**C**UM ad fidei Catholicæ professionem integre, inviolateque retinendam, & custodiendam, necessarium summopere sit, ut succrescentes per hæc recentia tempora circa eandem fidem errores, a Sede Apostolica damnatos, fideles

<sup>a</sup>  
An. 1713.

omnes vigilantī studio præcaveant, & abominentur; idcirco ab omnibus Episcopis, & animarum Pastoribus tota, ut hætenus, sollicitudine curandum est, ut Constitutio a san. mem. Clemente XI. edita<sup>a</sup>, quæ incipit *Unigenitus*, quamque, nostræ uti ejusdem fidei Regulam, agnoscimus, ab omnibus cujuscumque conditionis, & gradus, omnimoda ac debita obedientia, & executione observetur. Si quem itaque cognoverint (sive Diocesanus, aut Provincialis sit, sive exterus) in suis Diocesibus permanentem, de Constitutione prædicta non bene sentire, aut male loqui, in eum pro sua Pastoralī potestate, & jurisdictione procedere, & animadvertere non negligent; & ubi remedii efficacioris opus esse senserint, ad Sedem Apostolicam pervicaces tales, & Ecclesiæ rebelles, deferant. Invigilent etiam, libros contra ipsam Constitutionem editos, aut falsas doctrinas, in illa damnatas, propugnantes, diligenter perquirere; eosque sibi tradi mandent, Nobis inde, & Apostolicæ Sedi denunciandos.

### C A P. III.

*Onus Episcoporum per se ipsos concionandi ostenditur.*

**E**pis coporum munus præcipuum cum sit verbi Dei prædicatio, quod suo præcepto induxit, exemploque firmavit æternus animarum Pastor, Christus Jesus, quotidie qui in Evangelio

lio <sup>a</sup> dicitur fuisse docens in Templo; non immerito ad illud pro viribus exequendum nostros hinc excitamus Episcopos, quatenus, ne sæcularibus ita intenti sint ipsi, ut supervacaneo circa ea labore se consumant, & gregem interim quæ sunt ad Deum per se docere minime curent; cum aliàs verbum Dei derelinquere, & mens ministrare, Apostoli æquum non esse professi sint <sup>b</sup>. Multa sane Dominus *aliter, & aliter*, Magister, ut docet Angelicus <sup>c</sup>, discipulis tradidit adimplenda: officium namque docendi commisit Apostolis, ut ipsi per se exercerent tanquam principalissimum; officium verò baptizandi eis commisit, per alios exercendum. Nullam itaque Episcopi ad se rei familiaris curam revocent, sed lectioni, & orationi, & verbi Dei prædicationi tantummodo vacent <sup>d</sup>: neque Viduarum, Pupillarum, ac Peregrinorum gubernationem per se ipsos, sed per Archipresbyteros, vel per Archidiaconos agant <sup>e</sup>: sollicitam imò operam navent, ut sine intermissione sint ipsimet in commissis sibi gregibus pascendis assidui, & vox Pastoris in Ecclesia, diebus saltem Dominicis, & solemnibus Festis, sacras in exponendo Scripturas, divinamque legem annunciando, audiatur; idquod tandem, si legitime impediti non fuerint, juxta Christi, Apostolorum, & sacrorum Canonum normam, per semetipsos obire tenentur; excluso semper scientiæ defectu, qui in Episcopis reprobatus est omnino, nec de cetero tolerandus <sup>f</sup>.

<sup>a</sup>  
Lucæ cap. 4.

<sup>b</sup>  
Actor. 6. v. 2.

<sup>c</sup>  
3. q. 67. art. 2.  
ad 1.

<sup>d</sup>  
Can. Episcopus nullam.  
dist. 88.

<sup>e</sup>  
Can. Episcopus gubernationem. eadem.  
dist.

<sup>f</sup>  
Cap. Inter cætera. De Off. Ordinar.

## C A P. IV.

*Parochorum munera commemorantur : Pueros  
Doctrinam Christianam edocendi  
methodus exhibetur .*

**I**Nvigilent etiam Episcopi , ut Parochi propria, quæ sua sunt, munera exerceant : plebem per se videlicet in Catholica fide incessanter instruere , & Sacramentis reficere : infirmos visitare, & moribundis assistere : quotidianas pro Populo ad Deum preces , & orationes effundere ; & laudabilis vitæ, ac conversationis exemplo, virtutibus, & morum disciplina, omnibus præluere, viamque salutis præmonstrare . Ad plebes quocirca suas Parochi, ceterique animarum Rectores , singulis saltem Dominicis, festisque diebus, qui de præcepto observari solent, de mane, post lectum in Parochiali Missa Evangelium , sermonem brevem habeant, & facilem, auditorumque capacitati aptum; vitia, quæ declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, denunciante; Romano adhibito Catechismo, pro Parochis potissimum impresso . Hora verò pomeridiana pueros, puellasque a septennio, & supra, ad annum usque decimumquartum, propriam convocandos in Parœciam curent; eosque suo ordine, & loco per Ecclesiam dispositos, ( maribus semper a feminis separatis ) fidei rudimentis, doctrinaque Christiana ex libello, quem clar. mem. Cardinalis Bellarminus edidit, & fel.

& fel. rec. Clemens Papa VIII. retinendum mandavit, sensim, & quò poterunt, plane imbuant; unam semper, eandemque docendi regulam sequentes, quæ servanda hìc dabitur in Appendice. Puerorum verò parentes adhortari non omittant, quos etiam adhortamur Nos, & admonemus, ut proprios Filios domi bonis moribus, verbis, & exemplis instituant; atque ea, quæ ad Christianam doctrinam pertinent, sedulò edoceant, eadem crebro, quæ illos Parochi edocuerint, repetentes.

## C A P. V.

*Rustici, & Adulti quomodo in Fidei rudimentis instituendi?*

**A**D hæc Nos alia, & dolenda quidem, recogitamus, pueros nempe, Christianam doctrinam edocendos, non omnes in Civitatibus, & Oppidis habitare; imò non paucos in campestribus animalium custodiæ addictos, rusticam sic vitam agere, ut, post receptum salutaris aquæ lavacrum, spiritali ibi absque educatore nutriti, neque, an Spiritus sanctus sit, unquam audierint: adultosque insuper multos intra communitates occurrere, qui nostræ etiam principaliora fidei, summæ scilicet Trinitatis, & Incarnationis, mysteria ignorent, &, quod magis lamentabile est, cum ceteris in schola addiscere verecundantur. Æternæ idcirco illorum saluti consulere quocumque modo cupientes, Parochis distri-

districte præcipimus, & mandamus, ut infra earumdem solemniam Missarum, statim post habitum ut supra sermonem, alta voce, & materno idiomate, populo universo respondente, quod, & in secunda Missa post Parochum, ut omnimodè ignorantium malitiæ occurratur, qui Cathesismum effugiunt; ac etiam in Oratoriis, Capellis, & Ecclesiis ruralibus, ubi sacra celebrari consueverunt, celebrantes, adimplere teneantur, sub pœna suspensionis a divinis, Episcoporum arbitrio imponenda, saltem sequentia paulatim cantando edoceant -

Signum S. Crucis.

Myſteria SS. Trinitatis, & Incarnationis.

Symbolum Apostolorum.

Orationem Dominicalem.

Salutationem Angelicam.

Præcepta Decalogi.

Præcepta Ecclesiæ.

Septem Sacramenta.

Actum Contritionis.

## C A P. VI.

*Theologalis Præbenda, ad Concilii Tridentini præscriptum, erigenda decernitur.*

**E**pis coporum conscientiam, quam aliàs ipsi in Episcopatus Bullis oneratam agnoscunt, iterum Nos gravando, injungimus eisdem, ut eternæ suæ, suorumque salutis memores, in Cathedralibus,

TITULUS I. 9

libus, seu Collegiatis in Oppidis Dioecesis insignioribus, Theologalem Præbendam ad sacrae Scripturae expositionem, & interpretationem, sicubi erecta non est, cujusque erectionem adeo Concilium Tridentinum<sup>a</sup> inculcat, tandem aliquando instituant; iis, ceteroquin expeditissimis, mediis adhibitis, quæ eodem in Concilio proponuntur; ut ubi scilicet in Ecclesiis, sive Cathedralibus, sive Collegiatis prædictis, ulla adhuc Præbenda ad id instituta non reperitur, Episcopi canonicatum quomodocumque, præterquam ex causa resignationis, primò vacaturum, etiam (quod Nos adjungimus) Nobis, & Sedi nostræ Apostolicæ quovis modo affectum, vel reservatum, cui tamen onus aliud incompatibile non sit annexum, ad eum usum ipso facto perpetuò constituent, & constitutum Nos esse volumus; itaut collatio aliter facta ab Episcopo, nullius sit roboris, ac momenti, & Præbendæ ipsius provisio ad Apostolicam Sedem nostram devoluatur; prout in nostra, nuper edita, Constitutione legetur, sequenti typis imprimenda cum Appendice. Quatenus verò Canonicatus idem, etiam cum Præbenda, si quam unitam habeat, tenuis, & non sufficiens fuerit ad onus sustinendum prædictum, Episcopus eidem, usque ad summam, quæ cum Canonicatu, & Præbenda scuta sexaginta non excedat, vel per assignationem fructuum alicujus simplicis beneficii, Nobis licèt, & nostræ Sedi affecti, seu reservati, illius tamen debitis supportatis oneribus; vel per con-

<sup>a</sup>  
*sess. 5. cap. 1.  
de reformat.*

B tribu-

tributionem Beneficiatorum suæ Civitatis , & Dioecesis , vel aliàs , prout commodiùs fieri poterit , de Capituli consilio ita provideat , ut omnino Theologalem ipsam erigat , & sacræ Scripturæ lectio habeatur .

## C A P. VII.

*Cui , & sub quibus oneribus , Præbenda ipsa Theologalis sit conferenda ?*

**F**RUCTUS verò hujusmodi Canonicatus , onusque addictum eidem , sacræ scilicet exponendæ , interpretandæque Scripturæ , donec Theologus aliquis ex Clero sæculari , cui Canonicatus ipse cum Præbenda conferri queat , habeatur , Episcopi ad tempus pro arbitrio assignent , delegentque quamprimum viro alii ecclesiastico , in divinis erudito , etiam Regulari , de sui licentia Superioris . Provisi autem de Præbenda hujusmodi Theologali , tam in alma hac Urbe nostra , quàm alibi , quadraginta saltem quotannis lectiones publicè in Ecclesia habere teneantur per se ipsos , sin minus per idoneos alios , quos Episcopi , vel eorum Vicarii , cum oportuerit , substituent ; & Theologum interim ordinarium ad satis suo muneri faciendum , per fructuum subtractionem , quemadmodum in præcitata nostra Constitutione est cautum , cogant , & compellant .



## CAP. VIII.

*In sacra exponenda Scriptura methodus  
observanda proponitur.*

**L**ectores autem, quicumque sint, divinas in Ecclesia Scripturas interpretantes, hortatos volumus, ut, cum non omnes auditores sint eodem ingenio præditi, clara, & pro singulorum captu dicendi ratione utantur: potissimumque moneamus, ut, maximum circa hoc ministerium, ea ipsis præcipua sit methodus, quatenus, literalis in unaquaque lectione Textus enarratione præmissa, duas minimum ex eisdem sacræ Scripturæ locis proponant semper, solvantque quæstiones; historiam unam, moralem alteram, vel de nostræ fidei articulis, & sacramentis, vel de Catholice Ecclesiæ ritibus, eorumque mysteriis, vel aliis, ad sanam doctrinam, & Christianam institutionem spectantibus, quæ humanæ nedum eruditioni, sed spirituali etiam valeant prodesse interessentium salutem.

## CAP. IX.

*Sacræ Scripturæ lectionibus quinam  
interesse teneantur?*

**E**ccliesiarum proinde tum Cathedralium, cum Collegiatarum Dignitates, & Canonici, Parochi itidem, & Confessarii sæculares, ( regula-

gulares etiam, sub suspensionis poena a confessionibus audiendis, quatenus hæc ipsa lectio in eorum monasteriis non habeatur) sacrae, ut prædictum est, Scripturae lectioni, diebus, & hora, ab Episcopo præfigendis, omnino interesse teneantur; imposita, quæ eidem Episcopo placuerit, contra absque legitima causa absentes poena pecuniaria, nemini ullatenus remittenda.

## C A P. X.

*Concionatores quomodo in concionibus se habere debeant? & qui ad id munus eligendi?*

**R**eliquos tandem Concionatores admonemus, quatenus & ipsi, memores se ad populorum utilitatem missos, fructuosè suum impleant ministerium; ac Dei plebes, non in humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis, concionando doceant, & docendo, sermones discipulorum ingenio aptent, & conforment. Quamobrem munus hoc subituri, docti semper, & eruditi, maturi, fortes, & irreprehensibiles, optimis moribus imbuti, non se ultro offerentes quilibet, etiam ex Regularibus, ab Episcopis eligantur: ii que præcipuè, qui suis a Superioribus probati, plenæ exhibuerint literas approbationis.

## TITULUS II.

## De Constitutionibus.

## CAP. I.

*Metropolitani in Provinciis, Episcopi in Diœcesibus  
ad suas celebrandas Synodos excitantur;  
exemplo præeunte summo Pon-  
tifice Romano.*

**S**ATIſ, inter ceteras, quæ hujus fuerit congregandi causa Concilii, nostra fit ipsa Indictione manifestum. E nostra etenim Ecclesia Beneventana, ubi octo a Nobis supra triginta, Dioecesanæ, ac duæ etiam coactæ fuere Synodi Provinciales, ad sacrosanctæ Ecclesiæ universalis regimen, viribus licèt, ac meritis imparibus, electi, id Nos cum primis dies noctesque sollicitavit, ut quantocius Episcoporum, qui nostra in peculiari Provincia sunt constituti, Archiepiscoporum insuper Suffraganeis carentium, aliorumque Episcoporum, & Abbatum, Nobis immediate, & Sedi nostræ Apostolicæ subjectorum, qui aliàs sibi Metropolitanum, Provinciali cujus Synodo interessent<sup>a</sup>, non elegerant, aliam in hanc Urbem nostram Concilium cogere; hinc fortè non desperantes, ut Synodorum, Conciliorumque hujusmodi celebrandorum usum, sicubi obsoletum, dum Nos, generalis juxta Tridentini Concilii<sup>b</sup> mentem, renovaremus, ceteri quoque, Apo-  
stolicæ

<sup>a</sup>  
Conc. Trident.  
sess. 24. cap. 2.  
de reformat.

<sup>b</sup>  
Loc. cit.

stolicæ hujus, cunctarum Ecclesiarum matris, Romanæ Ecclesiæ exemplo ducti, Metropolitanæ scilicet in suis Provinciis, & Episcopi in Diocæsibus innovarent, ac restituerent.

## C A P. II.

*Provincialia Concilia omnino quolibet triennio cogenda. Metropolitanæ deficiente, ab antiquiore Provinciæ Episcopo celebrentur.*

**C**Umque ex hoc, quia Episcoporum Concilia minimè, vel rarò sunt celebrata, multæ sanè, quæ correctione opus habent, ecclesiasticæ res negligantur<sup>a</sup>, controversiæ percrecant, fidelium mores deformentur, & Religio ipsa in dies non pauca sustineat; eisdem contra eam pugnantibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis; sacrorum Nos idcirco Canonum<sup>b</sup>, & præcipuè Tridentini Concilii<sup>c</sup>, pœnas innovando, decernimus, & Metropolitanis omnibus in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, ut ab eis, annuas præter Synodos Diocæsanas, provinciales etiam Synodi quolibet saltem triennio convocentur, & ad earundem canonicarum Constitutionum formam celebrentur omnino: quod, ipsis legitimè impeditis, vel agere negligentibus, seu Sede Metropolitana vacante, declaramus, volumusque, fiat per Episcopum Provinciæ antiquiorem<sup>d</sup>.

<sup>a</sup>  
Can. Pervenit  
dist. 18. ex  
Conc. Chalcedonen. cap. 19.

<sup>b</sup>  
Can. de Conciliis cit. dist. 13. per tot.

<sup>c</sup>  
Sess. cit. 24. cap. 2.

<sup>d</sup>  
Conc. Trid. ibidem.

## C A P. III.

*Diœcesanæ Synodi semel saltem in anno ab Episcopis cogantur : Prima verò post sex menses ab hujus Concilii publicatione .*

**D**ecreto simili Episcopis omnibus, ac insuper Archiepiscopis, suffraganeos non habentibus, mandamus, ut, cum nulli Episcoporum liceat propria apud semetipsum Concilia facere <sup>a</sup>, præter eos, quibus sunt Metropoles conceditæ, studeant & ipsi semel saltem in anno Synodum cogere Diœcesanam <sup>b</sup>, in quam Clerici omnes Diœcesis, aliique, qui de jure, vel consuetudine interesse debent, sub pœnis a jure sancitis, convenire cogantur. Iis autem Archiepiscopis, & Episcopis jubemus, ut primam infra sex menses, post hujus Concilii evulgationem, Synodum habeant Diœcesanam, in qua plenissimè omnia coram omnibus referant, publicentque, quæ in hoc eodem Concilio ( quod similiter in subsequens fiet ) acta, & definita esse noscuntur.

<sup>a</sup>  
*Can. Propter ead. dist.*

<sup>b</sup>  
*Can. Annis singulis ibid.*

## C A P. IV.

*Statuta propria, infra sex menses, Ecclesiarum Capitula, & Collegia, Ecclesieque pariter Conventuales, sub interdicti pœna, conficiant .*

**E**ccliesiarum Capitulis, tam Patriarchalium, & Cathedralium, quàm Collegiatarum omnium, & Conventualium, quæ quidem velut  
cor-

corpora, membris compacta, suis legibus vivere, suisque regulis nutriri, & conservari oportet, definite præcipimus, ac mandamus, ut antiqua, si qua habent Statuta, & capitulares Constitutiones depromant; & ubi non adsint, sex infra saltem menses, post præsentis Concilii publicationem, sub ecclesiastici interdicti pœna, omnino conficiant; & utraque, antiqua scilicet, & nova, per Nos, quoad nostræ almæ Urbis Ecclesiarum Statuta, & reliqua, suos respectivè per Episcopos, accuratè examinanda, & corrigenda deducant, atque approbanda præsentent. Episcopi igitur in iis examinandis, si quid contra jus, vel Tridentini Concilii decreta, aut Pontificias Constitutiones irrepisse cognoverint, super eo Sedem consulant Apostolicam, a qua juris remedia expectent. Consuetudines autem, nonnisi rationabiles, & honestas admittant; & si quas a ratione declinasse, vel contra Breviarii, vel Missalis, Cœremonialis Episcoporum, Pontificalis, vel Ritualis Romani Rubricas inolevisse, ac proinde indebitam legis speciem usurpasse compererint, eas, vel corrigant, vel omnino delenda decernant.

## C A P. V.

*Methodus pro Statutis capitularibus formandis proponitur.*

**H**Is præhabitis, præcipuæ Episcoporum partes erunt, ut tali methodo Statuta ipsa, & Constitutiones condantur, quatenus, quæ ipsarum  
sint

sint Ecclesiarum, & Capitulorum origines, fundationes, insignia, jura, consuetudines, redditus, onera, & munera, suis sub capitibus distinctis exprimantur; nihilque in eis sit, quod a juris dispositione, & Congregationum decretis, usuque recepto, & approbato exorbitet, sed illa appositè statuantur, quæ pro opportunitate, & necessitate temporum, rerum, & locorum, ad divini cultus augmentum, sanctioris disciplinæ observantiam, & ecclesiarum utilitatem statuenda judicaverint. Hoc interim Decretum, unà cum præcedenti, ut ceterarum Ecclesiarum, Capitulis & Collegiis consulamus, ad Metropolitanos omnes extra hanc Synodum extendimus, qui primo in eorum Concilio providas ipsas, & plane necessarias præfatis super condendis Statutis sanctiones publicare meminerint, & executionem sedulò promovere; menti etiam obsequuturi fel. rec. Clementis Papæ XI., qui similes Constitutiones primi<sup>a</sup>, & secundi<sup>b</sup> nostri Concilii Provincialis Beneventani, nedum pro paterna tunc sua benignitate laudavit, sed & de illarum executione certiores se a Nobis fieri velle significavit; datis ad Nos, dum præfatae Ecclesiae præsedebamus, Literis in formâ Brevis sub die 5. Aprilis 1715., quas ad perpetuam tanti Pontificis commendandam memoriam, in hujus Concilii calce registrari volumus, & mandamus.

<sup>a</sup>  
*Anno 1693.*

<sup>b</sup>  
*Anno 1698.*

## TITULUS III.

## De Rescriptis.

## CAP. UNIC.

*Superiorum Tribunalium decreta, epistolæ, & similia,  
ad Episcopos directæ, non Episcopis, sed eorum Curia  
Cancellario, vel Promotori Fiscali exhibenda.*

**R**ATIONI quidem, & ecclesiasticæ convenit  
politix, ut literæ, decreta, citationes, &  
mandata, quæ, partibus instantibus, ad  
Episcopos, eorumque Curias, Urbis Congrega-  
tiones, Camera Auditoris Tribunal, Judicisve  
dirigunt Metropolitanæ, plena, qua decet, re-  
verentia, recipiantur ab iis; quod pro debito ab  
omnibus jam impleri, Nobis est persuasum. Vo-  
lentes Nos attamen frequenti laicorum quorum-  
dam, imò & Ecclesiasticorum, occurrere au-  
daciæ, qui modis passim inofficiosis, querulis, ac  
petulantibus vocibus, Notariis, ac Testibus tu-  
multuosè stipati, Episcopos sæpè per vias, sæpif-  
sime in Ecclesia, divinis incumbentes, adeunt,  
ubi, omni erga Dei ministros ratione neglecta,  
irreverenter eis citationes ipsas, literas, & de-  
creta exhibent, temereque etiam, ut quàm ci-  
tissimè respondeatur, expostulant. Statuendum  
idcirco duximus, prout nostra hac sanctione sta-  
tuimus, ac decernimus, ne citationes ullæ in po-  
ste-



sterum, epistolæ, mandata, aut decreta quælibet, a litigantibus, vel ab aliis, eorum nomine, rectâ in Episcoporum manus deferantur omnino; sed immediatè Curia Promotori Fiscali, vel Cancellario præsententur; & ita habeantur, ac si Episcopis exhibita, & præsentata fuissent: quod si, hoc non obstante, prædicta quis Episcopis adhuc præsentare attentaverit, totum id volumus irritum sit illico, & inane, nullumque contra Episcopos, eorumve Curias fortiatum effectum.

---

## TITULUS IV.

## De supplenda negligentia Prælatorum.

## C A P. U N I C.

*Abbatibus Regularibus perpetuis, post eorum electionem, ab Episcopo Diocæsano solemniter benedicendi.*

**C**UM nemo plus in alium transferre possit, quàm ipse habeat; meminerint propterea <sup>p. 142.</sup> Abbates regulares perpetui, non posse eos, canonicè licèt electos, ex Innocentii III. rescripto in cap. *Cum contingat, De etate, & qualitate Præficiendorum*, suis subditis benedicere, & munia Abbatialia exercere, ni priùs solemnem, servato Romani Pontificalis ritu, benedictionem susceperint ab Episcopo, in cujus Diocæsi fuerit electio celebrata. Quinam verò sint Abbates ipsimet, qui solemniter hac teneantur benedictione initiari, &

quænam sit super his ratio habenda ; cum pro singulis fusiùs declaratum a Nobis sit in Constitutione, modò edita, & legenda in Appendice; quidquid idcirco in ea præscriptum est, atque sancitum, ab omnibus in futurum volumus observari.

## TITULUS V.

### De temporibus Ordinationum.

#### C A P. I.

*Promovendi ad sacros Ordines extra tempora, vigore dispensationis Apostolicæ, non a quocumque, sed a proprio Episcopo ordinentur.*

<sup>a</sup>  
*Conc. Trident.  
sess. 23. de ref.  
cap. 8.*

**C**UM juxta regulas ecclesiasticas, & sanctorum decreta Pontificum, sacrae stasis a jure temporibus celebrandæ sint Ordinationes<sup>a</sup>; poenas propterea contra extra ea tempora ordinantes, sacrosque Ordines suscipientes, innovamus. Singulis verò promovendorum expressè significamus, ut, si quis ipsorum Apostolicæ dispensationis literas, sive per Datariam, sive per Brevium Secretariam, sive alio quocumque modo, expeditas, quatenus ad sacros Ordines, extra consueta ordinationum tempora, a quocumque maluerit Catholico Episcopo promoveri valeat, obtinerit, illas semper, non nisi cum clausula, *servata forma decreti Clementis VIII.*<sup>b</sup> concessas fuisse intelligat, atque ita, & non aliter executioni ab ipsismet Episcopis promoventibus demandandas fore, declaramus.

<sup>b</sup>  
*Vide infra. de  
Regular. c. 2.*

C A P.

## CAP. II.

*Regulares, suorum vigore privilegiorum, tutò, absque novo indulto Apostolico, extra tempora sacris initiantur.*

**Q**Uò verò ad Regulares, privilegia a summis Pontificibus habentes, sive expressè, sive per viam communicationis concessa, sacros videlicet Ordines extra tempora suscipiendi; cum Privilegia ipsa in suo robore persistant, nec iis derogatum fuisse constet, decernimus proindè, Regulares eosdem, absque novo indulto Apostolico, tutò posse extra tempora ordinari.

---

## TITULUS VI.

De ætate, & qualitate Præficiendorum.

## CAP. I.

*Scholares ad primam Tonsuram admittendi ratio præscribitur.*

**C**UM per Apostolum scriptum sit, *Nemini citò manum imposueris*<sup>a</sup>, Episcopis animadvertendum significamus, quàm periculosa sit sacra manuum impositio, debita diligentia neglecta. Super iis itaque, qui prima Tonsura sunt initiandi, curam omnem adhibeant, & inquisitionem; an tales sint, qui probabile iudicium, non humano quidem consilio, aut fori secularis declinandi, vel a laicalibus se muneribus, & oneribus

<sup>a</sup> 1. Thimat. 3.

ribus eximendi causa, ecclesiasticæ eos militiæ adscribi velle, præferant; sed tale ipsos vitæ genus eligere, ut, jugi Ecclesiæ servitio mancipati, majorem Deo cultum valeant exhibere. Caveant insuper, ne alios ad clericalem ipsam Tonsuram admittant, quàm quos, juxta Tridentini Concilii functiones<sup>a</sup>, literarum studiis operam sic dare, constiterit, ut quasi in via ad reliquos Ordines suscipiendos versari videantur, & quos tantummodo pro Ecclesiarum necessitate, vel utilitate divinis ministeriis deputari noverint expedire.

<sup>a</sup>  
Sess. 23. de ref.  
cap. 4. & 6.

## C A P. II.

*Clericali Tonsura initiandi, certo Ecclesiarum servitio  
in ipsa Ordinatione per Episcopos adscribantur.*

**C**Lericali insuper Tonsura nullus initietur, nisi eodem tempore Ecclesiæ illi adscribatur, pro cuius servitio debet ordinari<sup>b</sup>. Si qui verò sint, etiam minoribus, aut sacris Ordinibus insigniti, qui nulli certæ Ecclesiæ fuerint adscripti, Episcopi adscriptionem hujusmodi, etiam a suis Prædecessoribus omisam, suppleant, & pro arbitrio servitium, toties quoties opus fuerit, præstandum designent: quam adscriptionem, quoad eos, qui jam promoti, extra Diœcesim, vel studiorum causa, vel alia, ab Episcopis probata, commorantur, ad tempus, ipsismet Episcopis benevisum, differri posse indulgemus. Ita autem adscripti, etsi Clerici sint, etiam conjugati, aut beneficia,  
vel

<sup>b</sup>  
Conc. Trident.  
cit. sess. cap. 6.  
& 16.

vel officia ecclesiastica non obtineant, ab Ecclesiæ fervitio, cui fuerint deputati, festis diebus singulis, præsertim solemnioribus, ne absint, propria ibi munia obituri; aliàs ad altiores gradus promovendi, non promoveantur, & jam promoti, Episcoporum arbitrio pro inobedientiæ gravitate multentur. Crescente verò contumacia, Episcopi, ultra pœnas a Tridentino Concilio indictas, post trinam canonicam monitionem, contra inobedientes, & contumaces procedant ad omnium usque privilegiorum clericalium privationem: servata in reliquis nupera super hoc Constitutione nostra, quæ in citata exhibebitur Appendice.

## C A P. III.

*Ad sacros Ordines promovendorum qualitates.*

**C**eterùm qui propiùs ad sacratissima Mysteria accessuri sunt, ultra cetera requisita, ea volumus scientia polleant, & pietate, ut Ecclesiæ sacramenta dignè ministrare, Christi fideles sanam doctrinam edocere, & eos in via salutis, non minùs exemplo, quàm verbis, valeant anteire. Quapropter Episcopi nonnisi illos ad sacros Ordines promoveant, quàm quos verè dignos, & habiles, requisita etiam habentes, a sacra ipsa Tridentina Synodo<sup>a</sup> præscripta, per diligentem inquisitionem compererint. Verùm, qui ad Presbyteratum erunt assumendi, idonei priùs ad sacramenta ministranda per diligens examen compro-

<sup>a</sup> Loc. cit. cap. 13. & 14.

probentur, & ad ea populum docendum, quæ scire omnibus pertinet ad salutem; quod quidem, ut rectè præstari possit, eosdem Episcopos in Domino exhortamur, ut, quantum fieri potest, eos tantùm ad sacerdotium assumant, quos saltem Theologiæ moralis competenter peritos agnoscant.

## C A P. IV.

*Ordinandi in aliena Diœcesi ad titulum beneficii, ab Episcopo domicilii examinentur. Fructus verò beneficii valorem æquet patrimonii ad taxam ejusdem domicilii.*

a. Conc. Trid.  
sess. 7. c. 13.  
sess. 25. c. 9.

Quicumque autem domicilium in una Diœcesi habentes, in alia beneficium ecclesiasticum obtinuerint, & ad illius titulum ab Episcopo, in cujus Diœcesi est beneficium, promoveri petierint, præter literas testimoniales super eorum natalibus, ætate, vita, & moribus, juxta Constitutionem fel. rec. Innocentii Papæ XII. quæ incipit *Speculatores*, impetrandas, examen quoque coram domicilii Episcopo, si in ejus Diœcesim sint reversuri, super scientia, & idoneitate, ut dictum est, subire teneantur; neque testimoniales literas ullatenus concedi volumus, nisi, prævio antedicto examine, habiles ad ordinem approbari meruerint. Beneficium autem ad congruam vitæ sustentationem, ita erit, ut absolute, juxta taxam, moremve propriæ Diœcesis, ad quam ordinandus sit rediturus, sufficiens esse judicetur.

CAP.

## C A P. V.

*Requisita ad Canonicatus, aliaque obtinenda  
simplicia Beneficia, proponuntur.*

**I**N conferendis tandem Canonicatibus, aliisque etiam Beneficiis simplicibus, Episcopi non carnem respiciant, aut sanguinem, sed servitium attendant, & qualitates providendorum. Advigilent insuper, ut in faciendis collationibus, ne alii esuriant, & alii ebrii sint, justitia semper distributiva fervetur, prudenti Collatorum arbitrio regulata. In Canonicatibus verò, ut supra, conferendis, ceteris paribus, semper eos præferant, qui cantum callent Gregorianum; & collatione ad Sedem Apostolicam spectante, de ejusdem cantus peritia mentio fiat in testimonialibus, quæ concedentur. *fol. 6a.*

## TITULUS VII,

## De officio Judicis delegati.

## C A P. I.

*Episcopi, in Civitatibus residentes, Diœcesis  
curam non negligant.*

**C**UM Episcopi, ad Apostoli<sup>a</sup> normam, omnibus omnia fieri, & esse teneantur, ut omnes, sibi commissos, Christo lucrifaciant, animadvertendum est illis, ut dum, in Civitatibus *1. Cor. 9. v. 22.*

D

refi-

<sup>a</sup>  
1. Cor. 5. v. 3.

residentes, corpore ab aliis absunt Oppidis Diœcesis, studeant tunc, ut ipse Paulus agebat, spiritu præsentibus<sup>a</sup> omnibus inveniri. quod quidem assequantur, si post generalem habitam visitationem, post coactas Synodos, & latas leges, in utramque non obdormiant aurem; sed de ipsa decretorum executione solliciti, fideles, ultra Testes Synodales, deligant comministros, qui, Diœcesim proprio eorumdem Episcoporum stipendio circumeuntes, hæc atque illac pertranseant, omnia, an pro debito sint adimpleta, perlustrantes, & populis fiant bonus odor in omni loco.

## C A P. II.

*In cultioribus Diœcesis locis Vicarii foranei constituendi. Eorum qualitates, & officia recensentur.*

**V**icarios item foraneos in Oppidis insignibus, vel ubi Episcopi necesse judicaverint, ad sui beneplacitum ipsi constituent; iique curam ne habeant animarum, quantum fieri potest, pro viribus studeant. Sint etiam doctrina, pietate, & prudentia præditi, qui pro Deo, & propter Deum, Evangelium non erubescant, sed de Clericorum, & Laicorum vita, ac moribus, & quomodo Parochi, aliique animarum Rectores in Pastoralis officio se gerant, diligenter inquirent, & in laternis scrutentur; ad Episcopos fideliter delaturi, num Clerus, & Populus, ut decet, vivant, num proprius in Ecclesiis cultus adhibeatur,



tur, num supellex, sacra præcipuè, debito nitore confervetur, & visitationum decreta suæ sint executioni mandata.

## TITULUS VIII.

## De officio Judicis Ordinarii.

## CAP. I.

*Sanctæ Visitationis munus quomodo per Episcopos implendum?*

**C**UM præcepto divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, verbi Dei prædicatione, ac bonorum operum exemplo pascere, & in cetera munia pastoralia incumbere; quæ omnia, ex generalis Tridentini Concilii<sup>a</sup> mente, declaratione, ac definitione, ab iis nequaquam præstari, & impleri posse cognoscuntur, qui gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed hunc mercenariorum more deferunt; idcirco eos omnes admonemus, atque hortamur, ut, divinorum præceptorum memores, factique forma gregis ex animo<sup>b</sup>, in judicio, & veritate illum pascant, ac regant: caveantque proinde, ne a commissis sibi Ecclesiis visitandis, & sui vultu pecoris cognoscendo, dampnabiliter deficiant. Quam quidem visitationem, ad præfati Concilii Tridentini<sup>c</sup> præscriptum,

<sup>a</sup>  
Sess. 23. de ref.  
cap. 1.

<sup>b</sup>  
1. Petri 5.  
v. 3.

<sup>c</sup>  
Sess. 24. de ref.  
cap. 3.

annuatim, vel faltem infra biennium, ubi tamen ampla fit Dioecesis, per fe ipfos vigilantiffimè impleant, nec unquam per alios, nifi gravis urgeat neceffitas, aut impedimentum adeffe contingat, ut abfque maximo, & evidenti publicæ, vel propriæ falutis discrimine, ab eo onere non excufentur. Cumque alios ad munus hoc obeundum delegare oportuerit, curæ fit ipsis diligenti, ut viros Ecclefiasticos, quorum faltem aliqui fint Presbyteri, probos, pios, ac doctos, manusque ab omni munere excuffas habentes, eligant, ac dimittant; quique attentè, cum Ecclefiarum, ac fubditorum fructu, fuo muneri, Conciliique menti fatifaciant.

## C A P. II.

*Vicariorum Generalium electio, eorumque officium  
Epifcopis commendatur.*

**E**Pifcopi præterea in Vicarios Generales fuos fratres, aut nepotes, aut propriæ Epifcopalis urbis Cives non eligant: feridèque itidem animadvertant, ut facræ ab illis, in caufarum decisionibus, juris, & Conciliorum functiones, ac præcipuè Tridentini decreta, Synodales propriæ, & Provinciales Constitutiones obferventur; atque memores fecundæ opinionis inter fexagintaquinque, a fan. mem. Innocentio XI. Prædeceffore nostro, damnatas, Doctorum fententias minus probabiles penitus non fequantur. Sint inſuper

in causæ cujuslibet cognitione maturi, & in expeditione celeres: sintque ab omni cupiditate liberi, & a personarum acceptione alieni. Præscriptas mercedum Taxas servent ipsi, & a singulis quibuslibet Cancellariæ, Curixque Episcopalis ministris servari omnimode procurent, quacumque consuetudine penitus non suffragante.

## C A P. III.

*Procurator, vel Advocatus Pauperum in qualibet Civitate ab Episcopis constituatur.*

**R**Egale ab Episcopis honoratur Sacerdotium, dum in populis judicium, & justitiam faciunt; & Pontificali, quo fulgent, imperio, oppressos a calumniatoribus sublevantes, pauperibus etiam, viduis, peregrinis, pupillis, & orfanis, paratum ita contra potentes, a quibus illi facilius opprimuntur, auxilium exhibent, & protectionem, ut, non solum iis citò subveniant exorantibus, sed & solliciti semper sint, & vigiles, ne opprimantur. Quocirca Episcopos in Domino adhortamur, ut unum, aut plures, si id exposcat necessitas, & vires suppetant, in eorum deputent Civitate Pauperum Procuratores, vel Advocatos, pios, probos, & doctos, qui miserabilium causas personarum, tam in criminalibus, quàm in civilibus gratis defendant, lis quamvis sit coram Judice laico mota. Ut autem quàm feliciùs id assequi possint Episcopi, curent in eadem ipsorum  
Civi-

Civitate erigi Confraternitatem S. Ivonis, hac in nostra alma Urbe, magno cum pauperum solatio institutam, atque, ad illius exemplar, personas æquè pias, ac doctas, eidem aggregari; quæ proprio labore, industria, & eleemosynis, proximi miseris succurrant, & pro eis apud Episcopos, miserabilium Patres, fiducialiter agant, ut eisdem paternæ, ac sacerdotalis ostendant viscera charitatis.

## C A P. IV.

*Cathedraticum Episcopis solvendum declaratur.*

<sup>a</sup>  
*Can. Placuit,*  
*Can. Illud te,*  
*Can. final. 10.*  
*9. 3. & cap.*  
*Conquerente,*  
*extra b. t.*

**I**Pso communi jure<sup>a</sup> est cautum, ut Episcopis Cathedraticum a clericis debeatur, quod est duorum solidorum, viginti scilicet juliorum, census, Cathedrali Ecclesiæ solvendus, in signum honoris, & subjectionis Cathedræ Pontificali. Jus sanè, inter cetera Episcopalia, ita privilegiarium, ut neque ab Episcopis in totum remitti, nec a quoquam valeat quocumque titulo, vel immemorabili consuetudine præscribi. Quod si fortè aliquid sub alio, vel fixorum munerum, vel xeniorum, nomine offeratur, decernimus, ut ab Episcopis, tanquam qui non præmium, sed honorem postulant, munera, & xenia recusentur hujusmodi; & Cathedraticum dumtaxat, summam non excedens prædictam, ab Ecclesiis (non tamen Regularium) & a Beneficiatis, sibi subjectis, tali etiam volumus moderatione exigatur; videlicet

I. Qui-

I. Quibus sunt redditus infra scuta decem ( idem de ducatis monetæ Neapolitanæ intelligatur ) duo julii .

II. Quibus scuta infra quinquaginta , julii quinque .

III. Quibus infra centum , julii decem .

IV. Quibus ultra centum , vel quacumque in alia majori summa , julii quindecim .

V. Ab Ecclesiis verò , ubi plures de massa participant, ab omnibus in communi, julii viginti; salvis tamen consuetudinibus , Ecclesiis , & Episcopis magis favorabilibus .

## C A P. V.

*Parochis Quartam Funeralem a Regularibus deberi, decernitur.*

Q Uam demum , hoc decurrente Concilii tempore , edidimus Constitutionem , in ejusdem calce Concilii exhibendam, super *fol. 151.* Quarta Funeralium, in Italia , & Insulis adjacentibus Parochis solvenda a Regularibus quibuscumque, in quorum Ecclesiis defunctos contigerit tumulari ; Episcopi omnes suis in Civitatibus , ac Dioecesibus, statim, cum illa in eorum manus pervenerit, publicandam curent, atque pro illius observantia invigilent , etiam tanquam nostri , & Sanctæ Sedis Apostolicæ delegati .

## TITULUS IX.

## De majoritate, &amp; obedientia.

## CAP. I.

*Episcopis exemptis, qui Metropolitanum adhuc, ad Concilii Tridentini formam, non elegerunt, ne ulterius illius electionem differant, interdicti pœna proposita, demandatur.*

<sup>a</sup>  
Sess. 24. de ref.  
cap. 2.

**I**N hujus celebratione Concilii nostrorum multos novimus Episcoporum, qui Tridentinæ usque adhuc non obtemperavere sanctioni, qua Episcopi, Nobis, & Apostolicæ Sedi immediatè subjecti, vicinum aliquem Metropolitanum semel eligere, & cum aliis Provinciali Synodo interesse, jubentur<sup>a</sup>. Ut itaque generali eidem Constitutioni debita præstetur obedientia, pari Nos decretali, sacro etiam approbante Concilio, mandamus, ut Episcopus quilibet exemptus, antequam alma ex hac Urbe nostra discedat, sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ, Nobis reservata, donec usque paruerit, suum tandem aliquando eligat Metropolitanum; quam electionem absentes quoque, sub eadem pœna, efficiant infra mensem, ab hujus publicatione Concilii.

CAP.

## CAP. II.

*Archiepiscopus, Provincia, & Suffraganeis carentes,  
nec Concilia Provincialia cogere, nec ab  
exemptis in Metropolitanos eligi  
posse, declaratur.*

**C**Umque juris tantummodò sit, majoritatis,  
ac præminentiae Metropolitanorum<sup>a</sup>, Can. Propter 4.  
& 15. dist. 18. Provinciam, & Episcopos, sibi, & Metropolita-  
næ Ecclesiæ suffragantes, habentium, Concilia  
Provincialia cogere, quæ meritò Episcoporum  
Conventus appellantur; decernimus idcirco, &  
ex Concilii Tridentini mente declaramus, nulli  
licuisse, nec licere Archiepiscopo, qui Provincia,  
& Episcopis careat suffraganeis, sub prætextu  
quoque, quòd Abbates adsint in ejus Diœcesi  
exempti cum Territorio separato, & jurisdictionem  
quasi Episcopalem habentes, Provinciale  
Concilium solis cum iisdem Abbatibus celebra-  
re: quod si fecerit, non Provinciale, sed Diœ-  
cesanam potiùs Synodum nuncupandam fore cen-  
semus; ac proinde nec talem Archiepiscopum,  
ad Tridentinam, ut suprà, sanctionem exequen-  
dam, in Metropolitanum ab exemptis ipsis eligi  
posse definimus.

## C A P. III.

*Ad Clericos sub suorum Episcoporum disciplina continendos, exemptionibus, ac Patentium Literarum concessioni modus imponitur.*

**Q**Uoniam, sicut Generalis ipsa declarat Tridentina Synodus, privilegia, & exemptiones, quæ Clericis a plerisque conceduntur, perturbationem hodie in Episcoporum excitant jurisdictione<sup>a</sup>, atque exemptis ipsis, qui, canonicam proprii Superioris disciplinam respicientes, exemptionum literas perquirunt, ita laxioris vitæ occasionem præbere dignoscuntur, ut tantæ demum pravitatis efficiantur, quod depressionem ejus cupiant, cujus acceperunt divinitus consecrationem<sup>b</sup>; Episcopis idcirco injungimus, ut, cum necesse fuerit, contra exemptos Clericos, juxta præfati Concilii dispositionem procedant<sup>c</sup>. Quo verò ad Subcollectores, & Patentatos, aliosque Cameræ Apostolicæ Ministros ubique locorum Italiæ, & Insularum adjacentium, ubi Generalis ejusdem Cameræ Thesaurarius, & Nuntii Apostolici jurisdictionem exercent, mandamus servari decretum Congregationis Concilii sub die vigesima septima Februarii 1677. confirmatum a san. mem. Innocentio XI. in hujus calce Concilii referendum, cum suis declarationibus.

<sup>a</sup>  
Sess. 24. de ref.  
cap. 11.

<sup>b</sup>  
Ex Fulbert.  
apud Hellier  
De Sac. Elect.  
par. 1. cap. 2.  
art. 1. §. 12.  
n. 23.

<sup>c</sup>  
Sess. 6. cap. 3.  
Sess. 14. cap. 4.  
cit. sess. 24.  
cap. 12. de ref.



# TITULUS X.

## De Foro competenti.

### CAP. UNIC.

*Foro cuilibet Episcopali , circa Taxas in eo  
servandas , providetur .*

**A**D execrabilis , ut decet , e Foro Episcopali omnem dimovendam cupiditatis suspicionem , Taxa cum primis Innocentiana volumus publicè in omnibus proftet Cancellariis ; & quidquid in singulis causarum expeditionibus exolvi debet , juxta Taxam ipsam exigi sine ulla fraude jubemus . Quoad casus verò , in ipsa Taxa non comprehensos , propriam uniuscujusque Diocesis servandam declaramus . Propria ubi autem non habetur , eam Romanæ Provinciæ Episcopi in prima eorum Dioecesana Synodo , regionis more spectato , statuunt , ac conficiant , & ad Nos pro approbatione transmittant : alii verò , Nobis , & S. Sedi immèdiatè subjecti , vicini Metropolitanæ Taxam , in eorum Tribunali servandam , accipiant . Reliqui demum aliorum quorumcumque locorum Episcopi , qui similiter Taxa propria carent , ut , quæ Notarii , alique Officiales in singulis causarum , functionum , scripturarum , ceterarumque actionum generibus , accipere stipendia debent , innotescat , eam in prima pariter eorum Synodo ,

eadem habita locorum circumſpectione, conſtituant, & ad primum eorum Provinciale Concilium deferant approbandam. Quæ deinde Taxæ, typis datæ, pro communi omnium notitia, ſuis reſpectivè affixæ ſemper maneat in Cancellariis.

---

## TITULUS XI.

### De Feriis, & Feſtorum dierum obſervantia.

#### C A P. I.

*Feſtorum dierum obſervantia inculcatur. Modus proprius illos ſanctificandi oſtenditur.*

**E**X quo Catholica noſtra Eccleſia, veteris, novique Teſtamenti oraculis inſtituta, dies Dominicos, aliquoſque alios per annum, æterno totius temporis Creatori, ac Domino conſecravit, illos ſuis fidelibus, ad quietem nedum è diuturnis laboribus capeſſendam, ſed & præcipuè ad majorem in iis Deo cultum præſtandum, religioſè ſemper obſervari mandavit, omnique adhuc mandat devotione cuſtodiri, ac religione ſanctificari. Diſtriçtè itaque omnibus, qui chriſtiana profeſſione ſignantur, eſt ab ipſa Eccleſia præceptum, & Miſſam diebus omnibus Dominicis, ac Feſtis audire, & inſimul a quocumque eos labore, & ſervili opere abſti-

abstinere . Cum autem Toletani Concilii tertii decreto <sup>a</sup>, graviter eos peccare definiatur, qui festis diebus, audita tantummodo Missa, otio se dedites, totum diem in aleis, & choreis inhonestis, in ebrietatibus, commestationibus, aliisque peccatis, & vanitatibus transigunt; ne propterea de ipsis apud Deum dicatur, *tempus faciendi, Domine, dissipaverunt legem tuam* <sup>b</sup>, illos ex animo mone-  
Can. xxiii.  
Psal. 118.

## C A P. II.

*Servile opus quomodo Festis ipsis diebus permit-  
tendum; pietate id suadente, vel  
exigente necessitate?*

**S**uper iis autem, quæ in eorumdem Festorum occurſu vel pietas ſuaſerit, vel humana exegerit neceſſitas, univerſis Chriſti fidelibus volumus, juxta ſacros Canones<sup>c</sup>, conſueta miſericordia ſubveniatur. Unde & meſſis, & vindemiarum tempore, aliàque conſimili urgente occaſione, cui tunc aliter omnino provideri non poſſit, liceat, cum ita Epiſcopi in ipſorum licentia, gratis concedenda, convenire judicaverint, ſervile opus aggredi, Miſſa ſaltem priùs audita. Qui verò licentiam obtinuerint, adhortatione moneantur, qua-  
Cap Licet De Fetiis.  
tenus

tenus ex eo, quod illis utilitatis obvenerit, Ecclesiis circumpositis, & Dei pauperibus, aliquam, in alterius veluti cultus repensum, faciant portionem.

## TITULUS XII.

### De fide Instrumentorum.

#### CAP. I.

*Bonorum ecclesiasticorum Inventaria, infra annum conficienda mandantur, a summo Pontifice, & ab Episcopis respective recognoscenda, & approbanda.*

**E**cclésiastica bona, quæ sanè Christi, ejusque Ministrorum, & pauperum patrimonia sunt, ut sacrilegis ab usurpatorum manibus vindicentur, & primævo suo, ac legitimo juri restituantur, in eoque, prout convenit, conserventur, officium, & auctoritatem nostram, interpellant. Itaque, sacro etiam approbante Concilio, & Motui proprio Nos inhærentes fel. rec. Sixti V.<sup>a</sup> infra cum aliis subjungendo, Capitula quæcumque, & Collegia, atque Ecclesiarum, & beneficiorum, etiam simplicium, & de jure patronatus, Rectores, omnesque Hospitalium, Confraternitatum, Congregationum, ceterorumque locorum piorum, quomodolibet etiam exemptorum, Administratores requirimus; eisque,

4. Junij anni 1587.  
fol. 174.

que, & eorum singulis, sub pœna etiam interdicti contra Capitula, & Collegia ipsa, suspensionis contra Clericos, sacris ordinibus initiatos, & excommunicationis contra Laicos, & reliquos Clericos, in minoribus constitutos, in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, ac dilrigentissimè mandamus, ut infra annum, post hujus Concilii promulgationem, nostro respectivè, & Episcoporum arbitrio, ex rationabili tantùm causa, moderatè prorogandum, eorundem Nos Episcoporum conscientiam onerantes, bonorum omnium, quavis ratione ad eadem Capitula, Collegia, Ecclesias, Beneficia, Hospitalia, Confraternitates, & Congregationes pertinentium, quorumque cura ipsis, sive in communi, sive in particulari commissa reperiatur, legale Inventarium conficere, & perfectum Nobis respectivè, ac suis Episcopis, infra idem tempus, pro recognitione, & approbatione simul exhibere habeant, & debeant; servata in omnibus methodo, & instructione, quam hîc dabimus in Appendice.

## C A P. II.

*Authenticum cujusque Inventarii exemplar in Archivis Apostolico, & Episcopali, propriæque Ecclesiæ custodiendum.*

**P**erfectorum autem duo fient authentica quorumlibet Inventariorum exempla, quorum alterum in Archivo nostro Apostolico, & in Episcopali

scopali suo respectivè collocandum volumus, & jubemus: alterum penes sit interesse habentes, servandum tamen in propriæ Ecclesiæ Archivo; quo si quis careat, in alio viciniõris Parochiæ cum sua cautela deponat.

### C A P. III.

*Archivi Episcopalis erectio, ejusque instructio præcipitur. Scripturarum omnium Inventarium penes Episcopum servetur.*

**E** piscopale idcirco Archivum in Episcopio, & loco, quo possit, tutiori simul, atque commodiori, Episcopi stabiliter erigant, & constituent. In illo Curiæ processus, atque scripturæ omnes, tam ad Episcopi mensam, quàm ad Diocesim etiam universam pertinentes, suo ordine reponantur: eaque potissimum, quæ de anno 1626. Concilii Congregatio suis literis, pro instructione hinc dandis in Appendice, ad Episcopum Comensem enumeravit. Vigore autem Bullæ S. Pii V. quæ incipit *Muneris nostri*<sup>a</sup>, omnibus, & singulis Episcopis districtè præcipimus, & mandamus, quatenus Archiva Episcopalia perpetuò integra custodiantur, &, Cathedralibus Ecclesiis, eorum Pastoribus viduatis, Vicarii capitulares, aliive, gratia, odio, timore, vel fordibus, quos velint processus, & scripturas furripere, vel lacerare non valeant; Inventarium authenticum omnium, & quorumcumque Curiæ ejusdem Episcopalis

*fol. 190.*

<sup>a</sup>  
*Anni 1571.*

scopalis processuum, tam civilium, quàm criminalium, Instrumentorum etiam, ac ceterarum quarumcumque causarum, quotannis per ipsius Curiae Notarium conficiendum invigilent; & confectum, ejusdemque Notarii manu subscriptum, penes se diligenti cura conservent.

## C A P. IV.

*Casu eveniente mortis Episcopi, vel eo in longinqua profecturo, cui Inventarium ipsum pro custodia consignandum?*

**C**Umque Episcopi ex hac vita se migrare perspexerint, Inventarium ipsum, eorum sigillo obsignatum, fidei Sacerdoti, cui, morte impendente, peccata confitebuntur, committant, ut illico, postquam obierint, illud Prælato dignioris Conventus suæ Civitatis consignet, tutè, & fideliter custodiendum, successor donec Episcopus advenerit, cui clausum item, & integrum præsentet: quod & ipsimet Episcopi per se implere non omittant, si quando longiùs è Diœcesi necesse habuerint peregre proficisci. Casu autem eveniente, quo Episcopus è vivis inopinatò deficiat; tunc per Capitulum, in juribus succedens Episcopalis, unà cum Vicario Generali defuncti Episcopi, confestim, & si fieri poterit, antequam ad Vicarii Capitularis electionem deveniatur, Archivum Episcopale prædictum visitetur, novumque Inventarium conficiatur, cum eo confe-

rendum , quod penes Episcopum , dum vivebat ,  
affervabatur , si inter alias illius scripturas acci-  
derit inveniri .

## C A P. V.

*Pœnæ recensentur contra Archi-vorum processus ,  
documenta , & scripturas quascumque  
temerantes , vel surripientes .*

**Q**Uicumque tandem processus , scripturas ,  
& documenta hujusmodi violaverit , cor-  
ruperit , subtraxerit , combufferit , sup-  
prefferit , seu similia fieri mandaverit , aut auxi-  
lium , consilium , vel favorem præstiterit , omni  
sit dignitate , officio , & beneficio privatus , & ad  
futura obtinenda inhabilis eo ipso .

## C A P. VI.

*Ad proprias conservandas scripturas unaquæque Ec-  
clesia , locumque pium quodlibet suum erigat ,  
& instruat Archivum .*

**H**INC ad Ecclesiarum monimenta servanda ,  
tuta in unaquaque Ecclesia , Cathedrali  
præsertim , Collegiata , & Parochiali , ubi tamen  
instituta non adsint Archiva , quamprimum insti-  
tuenda præcipimus ; scripturis omnibus , ad eas  
pertinentibus , compulsatis , recensitis , & summa-  
tis , cum suo Indice , seu Catalogo , Archivistæ  
manu subscripto : quod & in Hospitalibus , Con-  
fraternitatibus , locisque aliis piis consimilibus  
fieri mandamus , ne scripturæ , per manus ober-  
ran-



rantes, deperdantur, vel iniqua usurpantium cupidine rapiantur, & occultentur. Si cui verò Ecclesiæ, vel pio loco proprii non suppetant instituendi vires Archivi, a singulis in Episcopali Archivo speciale constituatur Armarium, in quo libri, & scripturæ omnes suo ordine reponantur.

## TITULUS XIII.

## De jure jurando.

## C A P. I.

*Excitantur Episcopi ad Sixtinam Constitutionem servandam in sacrorum Liminum visitatione; pro cujus faciliori observantia instructio datur in Appendice.*

**E**PISCOPORUM nullus ignorat, ex antiquis sacrorum Canonum decretis, recol. mem. Sixti V. Constitutione, incipiente *Romanus Pontifex*, innovatis<sup>a</sup>, speciali se, Pontificalem ante ordinationem emisso, juramento, nedum ad Sanctorum hæc Apostolorum Petri, & Pauli Limina personaliter, ipsoque præpedito, certum per ejus Internuncium visitanda, obligari; verum etiam Romano Pontifici, vel pro eo Cardinalibus, Tridentini Concilii interpretationi præfectis, de pastoralis officio suo, deque omnibus, ad illius, cui præest, Ecclesiæ statum pertinentibus, rationem ore, & scripto reddendam adstringi; responsa

<sup>a</sup>  
Anni 1585.

tunc Apostolica recepturus, debitæ per eum mandanda executioni. Ipsius itaque Constitutionis, imò & Episcoporum juramenti, super illius observantia præstiti, memoriam hîc Nos facientes, eorum singulos in Domino rogamus, & ex animo admonemus, ne ita passim personali ab hac visitatione se dispensent; monita hîc multa, & sanè proficua, eorundem Sanctorum Ecclesiæ Principum Patrocinio, è summi Pontificis vivæ vocis oraculo percepturi, quæ scriptis aliquando nequeunt consignari. In relationibus autem nuda se tantummodo Civitatis, & Diœcesis descriptione inutiliter ne fatigent, sed utilia ab inutilibus discernentes, quæ in eorum Ecclesiis ad Dei gloriam propagandam, Christianam Religionem promovendam, animarumque salutem magis procurandam, deducenda judicaverint, clarè, breviterque referant, ac deducant: idque, ut feliciùs fiat, & fructuosius, adamussim super hoc, in calce dandam, instructionem perlegant, & exequantur.

## C A P. I I.

*Juramentum, aliàs exigî solitum à Reis criminaliter inquisitis, dum judicialiter uti Principales examinantur, in posterum ne ullo modo ab iis in quocumque Tribunali exigatur, præsentî constitutione inhibetur.*

**R**eprehensibile judicari non debet, si secundùm temporum varietates, ubi id necessitas, vel utilitas exposcat, consuetudines, & leges

ges quandoque varientur humanæ<sup>a</sup>; ipse enim Deus, & Dominus, æternus Legifer noster, ex iis, quæ veteri in Testamento statuerat, multa postmodum mutavit in novo. Stylum itaque in quibusdam Curiis Secularibus, & Ecclesiasticis, nullo unquam jure præceptum, inolevisse perpendimus, ut Judices, sive eorum Notarii, aut Scribæ, Reos, criminali facinore accusatos, examinaturi, juramentum ab his præstari jubeant de veritate dicenda. Quia tamen ex hoc, quotidiana sicuti est experientia compertum, nec in Fisci favorem, nec contra Reos ipsos, qui ut plurimum patrata a se negant delicta, utilitatis aliquid elici non ignoratur: adeo ut peculiari in hac facti contingentia, nedum talia deinceps juramenta exigendi necessitas non adesse probetur; imò potius, ne illa penitus exigantur, sacri ipsa juramenti ratio postulet, ac suadeat; hinc est, quòd Nos, rationibus utrinque perpenfis, & quamplurimum inhærentes insignium Tribunalium praxi, juramentum ipsum, per Reos, sic criminaliter inquisitos, præstandum, consultò, dum uti Principales tantummodo constituuntur, tollendum, & submovendum ducimus; prout, sacro etiam approbante Concilio, præsentis hac constitutione, omnino tollimus, ac submovemus: nec juramentum hujusmodi ullatenus a Reis eisdem, nisi tamen ut testes quoad alios examinentur, in futurum per quoscumque Judices, & Ministros, sub quovis prætextu, causa, & quæsito colore volumus,

<sup>a</sup>  
 Cap. Non debet, De Confang. & Affinit.

mus , exigatur ; aliàs examen , sive constitutum , & Acta omnia nulla sint eo ipso , & irrita , omnique careant contra Reos effectū .

---

## TITULUS XIV.

### De Appellationibus.

#### C A P. I.

*In Appellationum Judiciis Pontificiæ quædam declarationes observandæ decernuntur .*

<sup>a</sup>  
Cap. 48. De  
modo recusandi  
Judicem .

**C**ONCILII IV. Lateranensis <sup>a</sup> salubri definitione docemur , iis non esse appellationibus deferendum , quarum remedia , cum ad æquitatis , ac pacis præsidia sint instituta , ad injustitias , ac dissidia fovenda usurpari videntur . Quocirca , ut recta in appellationum Judiciis ratio , debitusque honor Judicibus fervetur , atque litigantium expensis simul , ac laboribus consulatur , quæ ex Alexandri III. Decretali in cap. *Cum sit Romana* <sup>b</sup> , & Innocentii IV. in cap. *Romana* <sup>c</sup> statuuntur ; ac etiam per Concilii Tridentini decreta demandantur , & quæ consultissimè item edidit Congregatio , negotiis Episcoporum , & Regularium præposita , atque Clemens VIII. , ac Urbanus similiter VIII. comprobarunt , præsentī Nos Synodali sanctione innovantes , nostris cum aliquibus declarationibus , ad hujus Concilii calcem

<sup>b</sup>  
Hoc Tit.

<sup>c</sup>  
Eod. Tit. in 6.

cem apponendis, diligenter observanda decernimus; quacumque in contrarium consuetudine, etiam immemorabili, stylo, aut privilegio, penitus exclusis, atque sublati.

## C A P. II.

*In Causis criminalibus, ad favorem Fisci Curiarum Episcopaliū, & cujuscvis Superioris Regularis, constituitur Romæ Generalis Promotor Fiscalis.*

**P**Ræterea, cum non rarò contingat, contra Fiscum Curiarum ecclesiasticarum, etiam Regularium, ab aliquo criminalis delicti Reo, nostram ad hanc Sedem Apostolicam appellari, & propter defectum alterius partis, appellationi non adhærentis, Episcopi videlicet, vel ipsius Superioris Regularis, qui respectivè in præjudicium Diœcesis, Pauperum, & propriæ Religionis, lites hîc, expensasque sufferre non valent, controversias, publico cum justitiæ detrimento, vel indecisas remanere, vel ut plurimùm, Fiscus partes nemine tuente, terminari, cum absolute Rei tantummodo comparentis; præcipimus idcirco, ut, ubi in causis criminalibus Episcopi, aliive locorum Ordinarii, seu Superiores quilibet Regulares, ex officio, & ad nullius querelam, vel accusationem, processerint, atque ab eorundem fuerit decretis, vel sententiis ad Nos, sive Cameræ nostræ Apostolicæ  
Au-

Auditorem appellatum, vel ad Congregationes recursus habitus, illicò a partibus de recurſu, & appellatione hujusmodi certior fiat Promotor Fiscalis Generalis, quem hìc in eadem Urbe noſtra, ſub tali titulo, in Episcoporum, & Regularium Judicum levamen nuper perpetuò conſtituimus. Is etenim in poſterum jura Fiſci eccleſiaſtici appellati, tum in cauſis eiſdem introductis, tum introducendis, & quæ actu in præfatis Tribunalibus pendent, pro ſui muneris debito defendet; juſto dumtaxat, & convenienti, per Nos eidem aſſignato, ſtipendio ſcutorum viginti quinque, a Camera noſtra Apoſtolica ſingulis menſibus ſolvendorum, contentus; prout in Chirographo noſtro ſub die 12. Julii elapſi anni 1724. expedito, in hujus Appendice Concilii legendo, pleniùs continetur.

---

## TITULUS XV.

### De celebratione Miſſarum, Sacramento Eucharistiæ, & Divinis Officiis.

#### C A P. I.

*In Sacramentorum adminiſtrationibus, Miſſarum celebratione, ceterisque divinis Officiis, præſcripti Ritus, & Cæremoniæ ſerventur. fol. 59.*

**C**UM inviſibilia Dei per viſibilia Religionis, ac pietatis ſigna, quæ cæremoniarum nomine cenſentur, intellecta conſpiciantur, Paſtoralis noſtri muneris curam ad hoc intendimus,

dimus, & ab omnibus ita fieri volumus, & mandamus, ut in Sacramentorum videlicet administratione, in Missis, & divinis Officiis celebrandis, aliisque ecclesiasticis functionibus obeundis, non pro libito inventi, & irrationabiliter inducti, sed recepti, & approbati Ecclesiæ Catholicæ Ritus, qui, in minimis etiam, sine peccato negligi, omitti, vel mutari haud possunt, peculiari studio, ac diligentia servantur. Quamobrem Episcopis districtè præcipimus, ut contraria omnia, quæ in Ecclesiis, seu Secularibus, seu Regularibus (iis exceptis, qui proprio vel Rituali, vel Missali, vel Breviario utuntur, a S. Sede probato) contra præscriptum Pontificalis Romani, & Cæremonialis Episcoporum, vel Rubricas Missalis, Breviarii, & Ritualis, irrepsisse compererint, detestabiles tamquam abusus, & corruptelas, prohibeant, & omnino studeant remove; quavis non obstante interposita appellatione, vel immemorabili allegata consuetudine; cum non quod fit, sed quod fieri debet, sit attendendum: & regula est, non cantari, nisi quod legitur esse cantandum<sup>a</sup>.

<sup>a</sup>  
D. Aug. in  
suis Regulis.

## C A P. II.

*Decretum Clementis PP. XI. circa Missarum celebrationem in Oratoriis privatis, per Episcopos publicandum, & observandum præcipitur.*

**Q**uod a fel. rec. Clemente XI. suo lato Decreto sub die 15. Decembris 1703. in allegata ipsa Appendice proferendo, opportu-

*fol. 218*

nè mandatum fuit circa ufum Altaris portatilis , & Miffarum celebrationem in Oratoriis domesticis , volumus , Ecclesiarum omnium Epifcopi in fuis Diœcefibus publicent quamprimùm , & executioni demandent ; cuius inſuper in privatis , ubi dormiri folet , cubiculis celebrandi facultate ſublata. Hæc ut ab omnibus, Regularibus præſertim, ferventur, invigilent; adverſusque contravenientes, ſpeciali adhuc privilegio exemptos, Epifcopi ipſi, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati, cenſuris etiam eccleſiaſticis procedant ; indultis , aut conſuetudinibus quibuſcumque non obſtantibus .

### C A P. III.

*Decreti ſupradicti declaratio , favore Epifcoporum facta , hic refertur .*

**S**upra relati verò Decreti, a recol. mem. Innocentio XIII. innovati, ſed in eo, quod ad Epifcopos pertinet , ſua Conſtitutione ſuper eccleſiaſtica diſciplina pro Hiſpaniarum Regnis anno 1723. declarati , & a Nobis alia conſimili noſtra , præterito anno 1724. confirmati , declarationem hîc ſubjungi jubemus , tenoris ſequentis .

*Declaramus tamen , quòd , cum in prædicto Decreto ſtatuetur , non licere Epifcopis extra Domum propriæ habitationis , in Domibus laicis erigere Altare , ibique ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium celebrare , ſive celebrari facere , huiusmodi prohibitio intelligenda non ſit de Domibus , etiam laicis , in quibus ipſi*  
Epi-



*Episcopi fortè, occasione visitationis, vel itineris, hospitio excipiantur; & nec etiam, quando Episcopi in casibus, a jure permissis, vel de speciali Sedis Apostolicæ licentia, absentes a Domo propriæ ordinariæ habitationis, moram idcirco faciant in aliena Domo per modum similis habitationis; his enim casibus licita iis erit erectio Altaris ad effectum prædictæ celebrationis, non secus ac in Domo propriæ ordinariæ habitationis.*

## C A P. IV.

*Anni-versarium pro summis Pontificibus, infra octavam commemorationis omnium Defunctorum, celebrandum decernitur Romæ in Cappella Pontificia, & Ecclesiis Patriarchalibus, & Collegiatis.*

**Q**UOD antiquitus, Papali prout est in Cæremionali<sup>a</sup> relatum, laudabili, ex Alexandri IV. decreto, erat in praxi, ut summi scilicet Pontifices aliquo die quotannis, post fidelium omnium defunctorum commemorationem, pro summis Pontificibus, & S. R. E. Cardinalibus defunctis, sacra in Apostolici Palatii Cappella coram se, & Sacro Collegio Missam cum cantu per aliquem ex Episcopis celebrari facerent; quomodo id adhuc pro defunctis Cardinalibus fiat, & pro summis sit Apostolicis Sacerdotibus abolitum, præfatum Cæremoniales haud plenè declarat. Antiquum Nos attamen, ac pium ipsum commendantes

<sup>a</sup>  
An 1516. edito per Christoph. Marcelli Archiep. Corycuren. lib. 2. cap. 34.

<sup>a</sup>  
*Infra cap. 5.*

tes usum; atque dispositioni etiam inhærentes Cæremonialis Episcoporum<sup>a</sup>, dignum, & congruum arbitramur, ut prisca resumatur consuetudo, & solemne pro summis eisdem Pontificibus perpetuum Anniversarium, ab eo, quod pro Cardinalibus agitur, omnino distinctum, coram etiam Pontifice, & sacro ipso Collegio de more, Papali prout in dicto Cæremoniali cavetur, prima die post fidelium defunctorum commemorationem agatur, cum Missa, & absolute in fine: quod similiter octavam infra eandem in Patriarchalibus saltem, & Collegiatis Urbis celebrari statuimus, atque mandamus.

### C A P. V.

*Quæ in singulis Diœcesibus Anniversaria  
 pro defunctis Episcopis celebranda,  
 præscribuntur.*

<sup>b</sup>  
*Lib. 2. cap. 36.  
 & cap. 37.*

**E**X ipsius insuper Cæremonialis Episcoporum mandato<sup>b</sup>, in universis cujusque Civitatis, & Diœcesis Cathedralibus, & Collegiatis, aliisque Conventualibus, seu Receptitiis Ecclesiis, præter solemne Anniversarium, pro ultimi defuncti Episcopi anima in ejus die obitus celebrandum, alterum etiam per singulos annos agendum decernimus in perpetuum pro omnibus propriæ Diœcesis Episcopis, infra prædictam fidelium omnium Defunctorum octavam. Singulos quocirca, quos id agere oporteat, convenimus; & illam

illam eis Christi Domini sententiam<sup>a</sup>: eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis: Luc. 6. v. 36.  
paternè commemoramus.

## C A P. VI.

*Musico cantui in Ecclesiis modus imponitur, &  
organorum sonus tempore Adventus,  
& Quadragesimæ prohibetur.*

**P**RO eo autem, quod musicam in Ecclesiis spectat, præter Extravagantem *Docta* de vita, & honestate Clericorum, Edictum pariter fel. rec. Alexandri VII.<sup>b</sup> innovandum esse statuimus, prout hoc nostro Decreto innovamus: ulteriusque prohibendum ducimus, ne in Missis Defunctorum, diebusque Adventus, & Quadragesimæ, Festis dumtaxat exceptis, organa pulsentur, nec aliud quodvis musicum instrumentum adhibeatur: quo tempore, Dominica scilicet Adventus tertia, dicta *Gaudete*, & Quadragesimæ quarta, nuncupata *Letare*, pulsari organa permittuntur in Missa tantummodo Conventuali. Sub pœnis interea, in præcitata Extravagante, & Edicto inflictis, cohibeant Episcopi Musicæ Magistros, Organistas, & Cantores, aliosque quoscumque a quibusvis in Ecclesia indecori cantus modulationibus, ne fidelium magis videantur auribus prurire, quàm pios in Deum affectus excitare.

## CAP. VII.

*In solemnibus Sanctissimi Sacramenti Processionibus ,  
præter consueta lumina , quatuor semper  
accensas laternas circa Celebran-  
tem deferri sancitur .*

**P**RO consueta, quæque aliàs haberi opus fuerit, solempni Sanctissimi Corporis Christi Processione, pluribus quamvis a cæremoniali Episcoporum sit, quâ par est, curâ omni præcautum, quatenus illa religiosè semper, & honorificentissimè habeatur, luminibus præsertim adhibitis, a Clero, & Populo deferendis; verumtamen, cum, quæ deferri solent, lumina aperta geltentur; eaque non rarò, vento, aut pluvia improvise superveniente, extincta omnia remanere videantur; ne idcirco (quod incongruum fatis esset, atque Augustissimo Domino indecentissimum) lumina tunc debita desiderentur, curent Episcopi, & cum eis sacrarum cæremoniarum Magistri advigilent, ut, per quos pertinet, quatuor saltem cum suis hastis laternæ, quæ tamen aliis sint nobiliores, comparentur; & suis semper cum intus accensis candelis, hinc inde circa celebrantem, qui Sacramentum gestat, in posterum deferantur.

## CAP. VIII.

*Facultas super Missarum reductione , Monachis Cassinensibus concessa , ad Episcopos extenditur , qui sive per se , sive per Procuratores , Romano huic Concilio interfuere .*

**N**uper , instante coram Nobis Procuratore Generali Congregationis Cassinensis , Ordinis S. Benedicti , pro absoluteione ab hæctenus , ex causis expositis , omissa in suis , per Italiam constitutis , Monasteriis perpetuarum Missarum celebratione ; ac insuper pro æqua ipsarum , ad quas in futurum eadem Monasteria tenerentur , Missarum reductione ; sequens suo sub supplici libello , de mandato nostro , a Concilii Congregatione emanavit Decretum .

BEATISSIME PATER . *Procurator Generalis Congregationis Cassinensis Ordinis S. Benedicti , ad pedes Sanctitatis Vestræ humiliter provolutus , exponit , suæ Congregationis Monasteria , per Italiam constituta , ob bella , pestilentiam , contributiones , subsidia , decimis , & alias calamitates , & infortunia , a prædictis causis , & aliis , heu , nimium notoriis , derivantia , dura premi paupertate : largitiones etiam Fidelium esse maximopere imminutas ; & fundos quoque , & capitalia Missarum perpetuarum ex prænarratis , aliisque causis , aut in totum deperdita , aut magna ex parte detrita esse , & consumpta ; Quocirca idem Procurator pari humilitate exorat pro dictarum Missarum*

rum perpetuarum, quæ usque ad præsentem diem celebrari debuissent, & celebratæ non sunt, benigna condonatione; & pro earumdem Missarum moderatione, & reductione in futurum.

Die xv. Julii 1724.

SS.<sup>mus</sup> D. N. BENEDICTUS Papa XIII. mature consideratis causis, supra recensitis, necnon exemplis suorum Prædecessorum Alexandri VII., Clementis X., Clementis XI., & præsertim Innocentii XIII. Romanorum Pontificum, ab hæcenus omissa Missarum perpetuarum celebratione misericorditer absolvit; mandavitque, ut a Patre Abbate Generali cum suorum Assistentium, quatenus juxta Constitutiones adsint in sua Religione assistentes, sin minus aliorum graviorum Patrum, quos in arduis consulere consuevit, consilio, unum Monasterium in unaquaque Provincia eligatur cum facultate mutandi, & alterum toties, quoties sibi videbitur, adhibito prædicto consilio, in unaquaque Provincia substituendi, in quorum respectivè Monasteriorum designandorum Ecclesiis, quolibet anno in perpetuum, initio ducto ab anno 1725. uno die infra octavam commemorationis omnium fidelium defunctorum, unum Anniversarium, in tabella onerum Monasteriorum describendum, celebretur, & applicetur pro Animabus illorum, pro quibus præfatæ Missæ perpetuæ erant celebrandæ, & applicandæ, & hæcenus non fuerunt celebratæ, & applicatæ. Quoad onera verò perpetuarum Missarum usque in præsentem diem acceptata, & in posterum adimplenda, Sanctitas Sua eidem Patri Abbati Generali demandavit, ut, adhibito suorum

suorum prædictorum consilio, è singulis Italiæ Provinciis binos, aut etiam plures eligat Religiosos, pietate, zelo, doctrina, & probitate præditos, qui testamentis, instrumentis, libris, tabellis, ceterisque documentis, quibus onera Missarum, unicuique Monasterio suæ Provinciæ respectivè incumbentia, descripta continentur, perspectis, ac sedulò examinatis, & redditibus, unicuique oneri attributis, necnon eorum diminutionibus diligenter perquisitis, atque perpensis, & præsertim, an ipsæ diminutiones perpetuæ sint, vel temporaneæ, distinctam, atque fidelem descriptionem ad eundem Patrem Generalem transmittant, qui unà cum dictis Patribus Assistentibus, aut aliis supra memoratis, quos in arduis consulere consuevit, pro eorum omnium conscientia (cujus rationem supremo Judici Christo Domino se districtè reddituros, meminisse debent) unamquamque Missam perpetuam, moderari valeat, & reducere ad rationem eleemosynæ scutorum sexaginta monetæ Romanæ pro qualibet Missa quotidiana, intra terminum trium annorum a data præsentium; factaque post reductionem distincta onerum descriptione in Tabella onerum Missarum uniuscujusque Monasterii. Ceterùm quoad novorum onerum, seu eleemosynarum, aut oblationum pro Missis perpetuis celebrandis, acceptationem in futurum, Sanctissimus Dominus Noster, inherendo Decretis de celebratione Missarum, jussu fel. rec. Urbani PP. VIII., & fel. rec. Innocentii Papæ XII. per Sac. Congregationem Concilii editis, prohibuit omnibus, & singulis Regularium Superioribus, vel aliis, ad quos pertinet,

*ne in posterum onera perpetua Missarum celebrandarum suscipiant sine Generalis pro tempore, vel Provincialis consensu, & licentia in scriptis, & gratis concedenda; renovata pœna privationis contravenientibus omnium officiorum, quæ tunc obtinebunt, & perpetuæ inhabilitatis ad alia de cetero obtinenda, & privationis pariter ipso jure, & absque alia declaratione vocis activæ, & passivæ: & quoad ipsos Generales, seu Provinciales, de licentia requisitos pro dictis oneribus perpetuis acceptandis, Sanctitas Sua in eorum memoriam revocavit, ipsos in singulis casibus teneri diligenter inquirere de singulis Missarum celebrandarum obligationibus, nec eos antea assensum, aut licentiam præbere debere, quam ipsis legitimè constiterit, Sacerdotes unicujusque Ecclesiæ, & Monasterii, tam novo oneri suscipiendo, quàm antiquis jam susceptis, satisfacere posse; præcipuamque demum ab ipsis Generalibus, & Provincialibus habendam esse rationem, ut redditus, & bona, quæ Monasteriis assignantur pro Missis perpetuis, omnino respondeant non elemosynæ manuali, sed elemosynæ perpetuæ, taxandæ juxta morem cujusque Civitatis, Diœcesis, vel Provinciæ: & si in re tanti momenti desides fuerint, aut negligentes, sciant, se tam pœnis arbitrio Sanctitatis Sux, & aliorum pro tempore Romanorum Pontificum esse subiectos, quàm prætermissi muneris in novissimo die rationem esse supremo Judici Christo Domino reddituros.*

Cumque communes modò a Venerabilibus Episcopis, qui in hoc convenere Concilium, simi-  
les



les Nobis fuerint preces expositæ , & suarum respectivè Ecclesiarum nomine petitum pro eisdem ad ipsos , & ipsorum quemlibet extensione decreti ; eis Nos idcirco gratiam volentes facere specialem , decretum idem , juxta petita extendimus ; & facultates ipsas Episcopis , non modo qui personaliter sacræ huic Synodo interfuere , sed & qui , legitimè impediti , certum per eorum Procuratorem accesserunt , favorabiliter , congrua congruis referendo , concedimus , & impartimur ; eisdem tamen in omnibus , quæ in eo exprimuntur , conditionibus servatis .

## C A P. IX.

*Sacrarum Cæremoniarum neglectus occurratur . Cleri  
Congregatio quater saltem in mense habenda  
mandatur pro sacrorum Rituum , &  
Casuum conscientia disceptatione .*

*Ad. 48.*

**S** Anè, prout, quibusdam referentibus, & experientia ipsa , non sine gravi nostri cordis dolore, didicimus, plures sunt Ecclesiarum, etiam non ignobilium, sacrorumque Altarium Ministri, qui , parùm illius attendentes majestatem , & dignitatem , ad cujus intimum sunt famulatum addicti , in Choro , in Altari , & reliquis officiis ecclesiasticis , ita minus aptè se habent , ut in plurimorum scandalum , & exemplum perniciosum id cedere dignoscatur . Rubricæ namque ut plurimum ignorantur , & sacræ cæremoniaè usu ipso

vilefcunt . Quocirca operæ pretium ducant Epifcopi, omnemque curam, ac diligentiam adhibere non defiftant, quoufque Congregationes, tum in Civitatibus, tum in Diœcefibus, per omnes de Clero, facris initiatos, Canonicos, Parochos, & Confefarios, (Regulares etiam, dummodo morales in eorum Conventibus lectiones non habeantur, aliàs ab audiendis confeffionibus fufpendendos) femel in unaquaque hebdomada, certoque defignando die, & fub certa pœna pecuniaria contra contumaces, habeantur, in quibus alternatim, & Rituum, & Confcientiæ cafus proponantur, difcutiantur, & practicè exerceantur, methodo fervata fynodali, quæ legetur in Appendice . fol. 139

---

## TITULUS XVI.

### De vita, & honeftate Clericorum .

#### C A P. I.

*Epifcoporum vita ceteris fit bonæ converfationis exemplo . Invicem ipfi juxta tempus Ordinationis fe honore præveniant .*

**E**Pifcopi cum ceteros dignitate præcellant; funt etenim mundi lumina, fal terræ, præcones divini, populorum duces, ac magiftri, quos Deus, tamquam Aaron, ad animarum præfecturam

ram vocavit, & Spiritus Sanctus posuit regere, Ecclesiam suam; ut omnibus similiter optimæ vitæ exemplo præluceant, locum in iis, quæ morum reformationem spectant, postremum obtinere haud debent. Nos itaque iudicium quasi incipientes a Domo Dei, universos monemus, & hortamur Archiepiscopos, & Episcopos, ut fraterna se semper charitate diligant, invicem æquali se veneratione prævenientes; servatoque Metropolitanam primatu, secundum suæ ordinationis tempus, alius alii deferat locum, & honorem<sup>a</sup>.

<sup>a</sup>  
Can. Placuit,  
dist. 18.

## C A P. II.

*Suæ memores dignitatis, secularium consuetudine ne se deprimant.*

**S**Ui præterea gradus altitudinis, summique honoris, ac dignitatis memores, ad infima quæque se non abjiciant, nimium se potissimum, secularium consuetudine, ac familiaritate deprimentes. In aulis Principum, nisi Ecclesiæ, vel alia id postulet pietatis necessitas, non versentur; nec, iis discumbentibus, stent ipsi, eo adhuc prætextu, ut, sumpto cibo, Deo pro illis gratias agant. Cum Regum Ministris, Baronibus, aliisque consimilibus Dynastis, ita se gerant, ut omnino in Epistolis, & earum subscriptione, formulis numquam utantur inferioribus; atque in mutuis visitationibus, omnique alio humanitatis commercio, sive intra, sive extra Ecclesiam, cum

cum omnibus uti Patres, & Pastores se habeant, & supra omnes, veluti superiores, locum sibi fervent digniorem. Ceterum, ut qui ex adverso est, nihil habeat dicere de ipsis, ab iis se omnibus abstineant, quæ Concilia, Canones, Sanctionesque Apostolicæ Episcopis vitanda præcipiunt: & ea ritè, rectè, ac sollicitè exequantur, quæ, Episcopali uti commissa ministerio, præcipuè ipsi tenentur obire.

## C A P. III.

*Quæ Clericorum vitam honestent?*

**C**UM Clericorum vitam, non minus habitu, & tonsura, quàm scientia, & conversatione integram esse, & laudabilem videri deceat, ut qui laicis gradu, & ordine præfunt, moribus eos etiam præeant, ac doctrina; omnem nostram requirit sollicitudinem, quidquid ad canonicam eorum noscimus pertinere institutionem. Quamobrem Clericos omnes monemus, ut, in sortem Domini vocati, quæ seculi sunt amare dediscant: mittentes enim manum ad aratrum, & respicientes retro, aptos non esse Regno Dei, sapientia edixit Divina<sup>a</sup>. In optimis itaque se studiis, sacrisque literis diligenter exercent: sacros ritus, rubricas, & cæremonias calleant: cantum Gregorianum addiscant: divinaque munia in Ecclesiis cum pietate obeant, & majestate. Officia verò profana ne agant: a prohibitis venationibus, ab

inde-

<sup>a</sup>  
Luc. 9. v. 62.

fol. 125.

indecoris ludis, & illicitis negociis se abſtineant : mulierum conſuetudinem omninò devitent ; & cum eis, niſi primo, vel ſecundo conſanguinitatis, vel affinitatis gradu conjunctis, multoque magis extraneis, non cohabitent. Quique inſuper ignominiam ſecularis habitus, & comas capitum pro Chriſti amore depoſuerunt, veſte, ac tonſura, Clericis congruente, ſemper utantur ; comamque ſictitiam, vulgò *Perucca*, aut *Cerchietti*, nunquam adhibeant : non anulos deferant, niſi hi eis ratione dignitatis competant ; & tunc illos, niſi Abbates ſint benedicti, in Miſſæ celebratione deponant. In reliquis tandem Ediſtum ſuper Clericorum noſtræ Urbis vita, & honeſtate, die 20. Decembris elapſi anni 1724. publicatum, hîc in calce apponendum, Synodali hoc Decreto confirmamus ; illudque Epifcopi, aliique reſpectivè in ſuis etiam Dioceſibus publicandum, & omnimodè obſervandum curent.

p. 243.

## C A P. IV.

*Clericalis veſtis laicis Curialibus permittitur,  
præter Collare, quod ſit a Collari  
Clericorum diverſum.*

**L**Aicis verò Curialibus, cum sæpe ſit eis in Palatio noſtro Apoſtolico verſandum, sæpiſſimeque etiam cum Cardinalibus, & Prælatiſ agendum ; togam clericalem nigram communem facimus : at Collaria, Clericorum propria, ſive  
rotun-

rotundæ sint formæ, sive quadratæ, penitus prohibemus eisdem, & prohibita jam sibi esse sciant; tenore servato nostri Edicti, die 22. Januarii 1725 expediti.

## C A P. V.

*Sacramentorum frequentia Clericis  
commendatur.*

**I**Psi autem Clerici, sive in minoribus, sive in Subdiaconatus, aut Diaconatus Ordinibus constituti, quatenus in dies valeant de virtute progredi in virtutem, & laicis etiam exemplo possint esse majori, sacris initiati, singulis quibusque quindenis diebus, ultra solemniore anni festivitates, sacramentali mudentur exomologesi, & sacratissima, quotiescumque fieri poterit, intra Missarum solemnia, communionem reficiantur. Clerici verò alii inferiores id semel quolibet saltem mense efficiant, optamus; super quorum omnium executione, instante ordinationis tempore, proprii Parochi, respectivè, Rectores Ecclesiarum, & Sacristæ Majores deputato ab ordinandorum requisitis ministro fidele testimonium perhibeant; tepidos autem, & incurios, qui ea adimplere neglexerint, ad Episcopum deferant coercendos.

# TITULUS XVII.

## De Clericis non residentibus .

### C A P. I.

*Ad debitam Episcoporum excitandam in eorum Dioecibus Residentiam , Concilii Tridentini Decreta, hinc relegenda, inculcantur.*

**Q**UANTUM Episcoporum conscientiam aggravet suis è Dioecibus absentia , quantumque noceat Christiano populo hujusmodi negligentia Pastorum , satis superque ab ipso elicitur Concilio Tridentino . Quocirca Decretum *de Residentia* , tam sub Paulo III. *sess. 6. de Ref. cap. 1.* quàm aliud consimile sub Pio IV. *sess. 23. de Ref. cap. etiam 1.* ab eodem Concilio latum , ne ibidem sancitæ ordinationes , ulla temporum injuria , defuetudine , aut hominum oblivione abolefcant , hinc relegi , ac publicari volumus , & mandamus .

„ Eadem sacrosancta Synodus, eisdem præ- Conc. Trident.  
sess. 6. de ref.  
cap. 1.  
 „ fidentibus Apostolicæ Sedis Legatis , ad resti-  
 „ tuendam collapsam admodum Ecclesiasticam  
 „ disciplinam, depravatosque in Clero, & popu-  
 „ lo Christiano mores emendandos se accingere  
 „ volens, ab iis, qui majoribus Ecclesiis præfunt,  
 „ initium censuit esse sumendum; integritas enim  
 „ præfidentium salus est subditorum. Confidens  
 „ itaque per Domini, ac Dei nostri misericordiam

„ diam, providamque ipsius Dei in terris Vicarii  
 „ solertiam, omnino futurum ,ut ad Ecclesiarum  
 „ regimen ( onus quippe Angelicis humeris for-  
 „ midandum ) qui maxime digni fuerint , quo-  
 „ rumque prior vita, ac omnis ætas , a puerilibus  
 „ exordiis usque ad perfectiores annos, per disci-  
 „ plinæ stipendia ecclesiasticæ , laudabiliter acta,  
 „ testimonium præbeat , secundùm venerabiles  
 „ beatorum Patrum sanctiones assumantur: omnes  
 „ Patriarchalibus , Primatialibus , Metropolita-  
 „ nis, & Cathedralibus Ecclesiis quibuscumque ,  
 „ quovis nomine , ac titulo præfectos, monet, ac  
 „ monitos esse vult , ut attendentes sibi , & uni-  
 „ verso gregi , in quo Spiritus sanctus posuit eos  
 „ regere Ecclesiam Dei , quam acquisivit sangui-  
 „ ne suo , vigilent , sicut Apostolus præcipit , in  
 „ omnibus laborent , & ministerium suum im-  
 „ pleant ; implere autem illud se nequaquam  
 „ posse sciant , si greges sibi commissos mercena-  
 „ riorum more deserant ; atque ovium suarum ,  
 „ quarum sanguis de eorum est manibus a supre-  
 „ mo Iudice requirendus , custodiæ minime in-  
 „ cumbant ; cum certissimum sit , non admitti  
 „ pastoris excusationem , si lupus oves comedit ,  
 „ & pastor nescit . Ac nihilominus, quia nonnulli  
 „ ( quod vehementer dolendum est) hoc tempore  
 „ reperiuntur , qui propriæ etiam salutis imme-  
 „ mores , terrenaque coelestibus , ac divinis hu-  
 „ mana præferentes, in diversis Curiis vagantur ,  
 „ aut in negotiorum temporalium sollicitudine ,  
 „ ovili



„ ovili derelicto, atque ovium sibi commissarum  
„ cura neglecta, se detinent occupatos: placuit  
„ sacrosanctæ Synodo, antiquos Canones, qui  
„ temporum, atque hominum injuria pene in  
„ defuetudinem abierunt, adversus non residen-  
„ tes promulgatos innovare; quemadmodum vir-  
„ tute præsentis decreti innovat, ac ulterius pro  
„ firmiori eorundem residentia, & reformandis  
„ in Ecclesia moribus in hunc, qui sequitur,  
„ modum statuere, atque sancire. Si quis a Pa-  
„ triarchali, Primatiali, Metropolitana, seu Ca-  
„ thedrali Ecclesia, sibi quocumque titulo, causa,  
„ nomine, seu jure commissa, quacumque illi di-  
„ gnitate, gradu, & præeminencia præfulgeat,  
„ legitimo impedimento, seu justis, & rationa-  
„ bilibus causis cessantibus, sex mensibus conti-  
„ nuis extra suam Dioecesim morando abfuerit,  
„ quartæ partis fructuum unius anni, fabricæ Ec-  
„ clesiæ, & pauperibus loci per Superiorem Ec-  
„ clesiasticum applicandorum, poenam ipso jure  
„ incurrat. Quod si per alios sex menses in hu-  
„ jusmodi absentia perseveraverit, aliam quar-  
„ tam partem fructuum, similiter applicandam, eo  
„ ipso amittat. Crescente verò contumacia, ut  
„ severiori sacrorum Canonum censuræ subjicia-  
„ tur, Metropolitanus suffraganeos Episcopos  
„ absentes, Metropolitanum verò absentem suf-  
„ fraganeus Episcopus antiquior residens, sub  
„ poena interdicti ingressus Ecclesiæ, eo ipso in-  
„ currenda, infra tres menses per litteras, seu

„ Nuncium Romano Pontifici denunciare teneatur, qui in ipsos absentes, prout cujusque major, aut minor contumacia exegerit, suæ supremæ Sedis auctoritate animadvertere, & Ecclesiis ipsis de Pastoribus utilioribus providere poterit, sicut in Domino noverit salubriter expedire.

*Ex eod. Conc.  
Trid. sess. 23.  
de ref. cap. 1.*

„ Ne verò ea, quæ de residentia sanctè & utiliter jam antea sub fel. rec. Paulo III. sancita fuerunt, in sensus à sacrosanctæ Synodi mente alienos trahantur, ac si vigore illius decreti quinque mensibus continuis abesse liceat; illis inhærendo, declarat sacrosancta Synodus, omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, ac Cathedralibus Ecclesiis quibuscumque, quocumque nomine & titulo præfectos, etiam si S. R. E. Cardinales sint, obligari ad personalem in sua Ecclesia, vel Diœcesi residentiam, ubi injuncto sibi officio defungi teneantur; neque abesse posse, nisi ex causis & modis infra scriptis. Nam cum Christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia, ac evidens Ecclesiæ, vel Reip. utilitas aliquos nonnunquam abesse postulent & exigant; decernit eadem sacrosancta Synodus, has legitimæ absentiæ causas a beatissimo Romano Pontifice, aut a Metropolitano, vel, eo absente, a suffraganeo Episcopo antiquiori residente, qui idem Metropolitanus absentiam probare debet,

„ bit , in scriptis esse approbandas ; nisi cum ab-  
 „ sentia inciderit propter aliquod munus, & Rei-  
 „ pub. officium , Episcopatibus adjunctum : cu-  
 „ jus quoniam causæ sunt notoriæ , & interdum  
 „ repentinæ , ne eas quidem significari Metro-  
 „ politano necesse erit : ad eundem tamen cum  
 „ Concilio provinciali spectabit judicare de li-  
 „ centiis a se , vel a Suffraganeo datis , & videre ,  
 „ ne quis eo jure abutatur ; & ut penis Canonicis  
 „ errantes puniantur . Interea meminerint disces-  
 „ suri , ita ovibus suis providendum , ut quantum  
 „ fieri poterit , ex ipsorum absentia nullum dam-  
 „ num accipiant .

„ Quoniam autem , qui aliquantisper tan-  
 „ tùm absunt , ex veterum Canonum sententia  
 „ non videntur abesse , quia statim reversuri sunt ;  
 „ sacrosancta Synodus vult , illud absentia spaci-  
 „ um singulis annis , sive continuum , sive in-  
 „ terruptum , extra prædictas causas , nullo pa-  
 „ cto debere duos , aut ad summum tres menses  
 „ excedere ; & haberi rationem , ut id æqua ex  
 „ causa fiat , & absque ullo gregis detrimento :  
 „ quod an ita sit , abscedentium conscientia re-  
 „ linquit , quam sperat religiosam & timoratam  
 „ fore ; cùm Deo corda pateant , cujus opus non  
 „ fraudulenter agere suo periculo tenentur . Eos-  
 „ dem interim admonet , & in Domino hortatur ,  
 „ ne per illius temporis spatium , Dominici Ad-  
 „ ventus , Quadragesimæ , Nativitatis , Resurre-  
 „ ctionis Domini , Pentecostes item , & Corporis  
 ris

„ ris Christi diebus , quibus refici maximè , & in  
 „ Domino gaudere Pastoris præsentia oves de-  
 „ beant, ipsi ab Ecclesia sua Cathedrali ullo pacto  
 „ absint, nisi Episcopalia munia in sua Dioecesi eos  
 „ aliò vocent .

„ Si quis autem ( quod utinam nunquam  
 „ eveniat ) contra hujus decreti dispositionem,  
 „ abfuerit , statuit sacrosancta Synodus , præter  
 „ alias pœnas adversus non residentes , sub Pau-  
 „ lo III. impositas , & innovatas , ac mortalis  
 „ peccati reatum , quem incurrit , eum pro rata  
 „ temporis absentia fructus suos non facere , nec  
 „ tuta conscientia , alia etiam declaratione non  
 „ secuta , illos sibi detinere posse : sed teneri , aut  
 „ ipso cessante , per Superiorem Ecclesiasticum,  
 „ illos fabricæ Ecclesiarum , aut pauperibus loci  
 „ erogare ; prohibita quacumque conventionem ,  
 „ vel compositionem , quæ pro fructibus malè per-  
 „ ceptis appellatur , ex qua etiam prædicti fru-  
 „ ctus in totum , aut pro parte ei remitterentur ,  
 „ non obstantibus quibuscumque privilegiis , cui-  
 „ cumque Collegio , aut fabricæ concessis .

„ Eadem omnino , etiam quo ad culpam ,  
 „ amissionem fructuum , & pœnas de Curatis in-  
 „ ferioribus , & aliis quibuscumque , qui benefi-  
 „ cium aliquod ecclesiasticum , curam animarum  
 „ habens , obtinent , sacrosancta Synodus decla-  
 „ rat , & decernit ; ita tamen , ut quodcumque  
 „ eos , causa priùs per Episcopum cognita , &  
 „ probata , abesse contigerit , Vicarium idoneum ,

ab

„ ab ipso Ordinario approbandum, cum debita  
„ mercedis assignatione, relinquunt. Discedendi  
„ autem licentiam in scriptis, gratisque conce-  
„ dendam, ultra bimestre tempus, nisi ex gravi  
„ causa, non obtineant. Quòd si per edictum ci-  
„ tati, etiam non personaliter, contumaces fue-  
„ rint, liberum esse vult Ordinariis per censuras  
„ ecclesiasticas, & sequestrationem, & subtractio-  
„ nem fructuum, aliaque juris remedia, etiam  
„ usque ad privationem, compellere; nec execu-  
„ tionem hanc quolibet privilegio, licentia, fa-  
„ miliaritate, exemptione, etiam ratione cujus-  
„ cumque beneficii, pactione, statuto, etiam  
„ juramento, vel quacumque auctoritate confir-  
„ mato, consuetudine, etiam immemorabili, quæ  
„ potius corruptela censenda est, sive appellatio-  
„ ne, aut inhibitione, etiam in Romana Curia,  
„ vel vigore Eugenianæ Constitutionis suspendi  
„ posse. Postremò tam decretum illud sub Pau-  
„ lo III. quàm hoc ipsum in Conciliis Provincia-  
„ libus, & Episcopalibus publicari sancta Syno-  
„ dus præcipit: cupit enim, quæ adeo ex pasto-  
„ rum munere, animarumque salute sunt, fre-  
„ quenter omnium auribus, mentibusque infigi,  
„ ut in posterum, Deo juvante, nulla temporum  
„ injuria, aut hominum oblivione, aut desue-  
„ tudine aboleantur.

## CAP. II.

*Episcopi, post mensem ab eorum electione, ab Urbe discedere, & propriæ residentię Ecclesias adire tenentur; reservata Cardinali Vicario ejusdem temporis prorogandi facultate.*

**O**Mnes interim Episcopos adinonemus, & in Domino Jesu, qui Pastorum est Pastor, adnortamur, ut, divinis obedientes præceptis, commissum sibi Gregem, per eos pascendum, regendumque, adire ne differant; memores, se, vigore Constitutionis Urbani VIII.<sup>a</sup> post mensem ab electione, ad personalem in eorum Ecclesiis residentiam obligari. Ad quorumdam autem levandas anxietudines, cum unius mensis terminus, ipsis plerumque ab Urbe expediendis sufficiens, aliquando non satis esse videatur; Cardinali Vicario nostro pro tempore, quatenus, juxta casuum contingentias, & causa cognita, indultum mensem ad alios quadraginta dies, & non ultra, prorogare valeat, facultatem concedimus, & impartimur, ipsius Urbani Motu proprio servato.

<sup>a</sup>  
S. Synodus  
an. 1634.

## C A P. III.

*Absentiæ facultates, per usum solitæ Episcopis concedi,  
in Congregatione super Episcoporum re-  
sidentia expendi mandantur.*

**P**rovidè cum nonnulla, secundùm loca, & tempora, indulgeat Sedes Apostolica, quibus mutatis, concessa jam in ædificationem, in destructionem probentur inde permitti: mandamus quocirca, ut, Synodalibus hifce completis actionibus, antiquus in Congregatione super Episcoporum residentia expendatur Episcoporum Catalogus, quibus licentiæ ferè per usum, recenti nulla exposita necessitate, æstivis præsertim, vel autumnalibus temporibus, ut ipsi, pravi aeris prætextu, suis ab Ecclesiis absint, conceduntur; & si quid fuerit in eo dignum correctione reperiendum, ad grave Pastoralis residentia debitum restituendum, ejusdem Congregationis sententia canonicè corrigatur, & emendetur.

## C A P. IV.

*Stylus Congregationis Concilii in hujusmodi Episcopis  
concedendo licentias commendatur.*

**A**D hæc laudabilem Concilii Congregationis stylum, facultates scilicet hujusmodi ad quatuor menses impertiendi, cum clausula, *tribus tamen Conciliaribus comprehensis*, omnino servandum

dum censemus. Meminerint itaque Episcopi, aliique, qui talibus se facultatibus indigere prænoscent, ut non passim Dioecesim, & Chorum extra vagentur; ne tempus proprium, atque ad residendum aptum, alibi infumentes, de concessæ postmodum absentia brevitate inutiliter conquærantur.

### C A P. V.

*Pro hujusmodi licentiis obtinendis, num aliud, præter Medicorum testimonium, requiratur, Congregationis arbitrio remittitur decernendum.*

**Q**UAMVIS non solo Medicorum testimonio, etiam jurato, probari debeat, talis num sit eorum necessitas, qui residere tenentur, ut aerem illis mutandi, ac proinde è Dioecesi libertatem postulet abscedendi; nihilominus, cum de Episcopis, fide ceteroquin dignis, agatur, si quid ultra pro hujusmodi impetranda licentia exhiberi oporteat, eadem Congregatio super Episcoporum residentia videat, & pro suo arbitrio decernat. Consulant sibi interea Episcopi, & quantum cum Dei adjutorio poterunt, tum Tridentinis Decretis, tum Apostolicis Constitutionibus sese studeant conformare, atque illis cum effectu parere, sub pœnis, ac censuris, ibidem contentis, & comminatis. Super contumaces verò Synodi Provinciales invigilent, quæ eos insuper moneant, & a negligentibus absentia rationes in Conciliis  
exi-



exigant ; atque, ut opus esse judicaverint, summo Ecclesiæ Hierarchæ, pro debita animadversione, denuntient <sup>a</sup>.

<sup>a</sup>  
Concil. Trid.  
sess. 6 cap. 1.  
& sess. 23.  
cap. 1. de ref.

## C A P. VI.

*Parochi ultra biduum, absque Episcoporum licentia, a Cura non absint. Graviter contumaces fructuum subtractione, aliisque pœnis mulctentur.*

**S**acrofanctæ insuper Tridentinæ Synodi Decreto sancitum esse novimus<sup>b</sup>, ut, quando cumque Parochos ab eorum cura abesse contigerit, causam ipsi coram Episcopo cognoscendam, & per eum probandam, exponant. Prohinc omnibus, & singulis Parochis, & animarum Rectoribus, qui, sacro ut huic relatum est Concilio, per bimestre, absque pœnarum, per sacros Canones inflictarum, metu, a cura, Episcopis inconsultis, abesse putant sibi licere, præcipimus, ne ultra biduum, absque Episcopi, sive ejus Vicarii Generalis licentia, in scriptis, & gratis concedenda, idoneo tamen OEconomo relicto, ab Episcopali Curia approbato, ullatenus ab illorum Parochiali statione discedant. Eos verò, qui contra hujusce Decreti dispositionem abesse præsumunt, Episcopi, pro rata temporis absentia, Parochialium mulctent fructuum subtractione; & si in absentia perseveraverint, ad aliarum quoque pœnarum executionem pro contumacia procedant.

<sup>b</sup>  
Cit. sess. 23.  
cap. 1. de ref.

## C A P. VII.

*Qui, residentiae obnoxii, in Urbe commorantur,  
ad eorum Ecclesias redire coguntur.*

<sup>a</sup>  
Anni 1723.

**C**eterum pro reliquis etiam inferioris Ordinis Clericis, tam secularibus, quam regularibus, nostra in hac Alma Urbe existentibus, qui alias in partibus Parochias, Dignitates, Canonatus, vel alia quaecumque, quae residentiam requirunt, ecclesiastica beneficia obtinent, quatenus hinc statim discedere, & ad personalem in iis residentiam se conferre debeant, Edictum innovamus fel. rec. Innocentii XIII.<sup>a</sup> cujus tenoris partem hic subnecti, & observari mandamus.

„ Pari modo universis, & singulis Clericis beneficiatis, tam Secularibus, quam Regularibus,  
„ cujuscumque conditionis, & gradus, dignitatis, & praeminentiae in eadem alma Urbe existentibus, qui in suis Ecclesiis Parochialibus,  
„ Dignitatibus, Canonatibus, vel aliis quibuscumque Beneficiis ecclesiasticis, de jure, vel  
„ consuetudine, personalem residentiam facere tenentur, de mandato ejusdem SS<sup>m</sup>i D. N. Papae  
„ (revocando in primis omnes, & quascumque licentias, supradictis omnibus quomodolibet concessas) strictè praecipimus, & mandamus,  
„ eosque monemus, & requirimus, quatenus infra duodecim dierum spatium, quorum quatuor pro primo, quatuor pro secundo, & reliquos

„ quos quatuor pro tertio ultimo, & peremptorio  
 „ termino eisdem, & cuilibet eorum assignamus;  
 „ debeant, & cuilibet eorum debeat, omni mo-  
 „ ra, & cunctatione postposita, ab eadem Urbe,  
 „ & Romana Curia discedere, & ad suas Eccle-  
 „ sias, seu Beneficia rectis itineribus se conferre,  
 „ ibique personalem facere residentiam. Quòd si  
 „ nostris hujusmodi, imò veriùs Apostolicis mo-  
 „ nitionibus non paruerint, ultrà pœnas in fa-  
 „ crofancti Concilii Tridentini Decretis, & Apo-  
 „ stolicis Constitutionibus contentas, eo ipso Be-  
 „ neficiati Seculares pœnam centum scutorum,  
 „ applicandam pro medietate piis usibus, pro alte-  
 „ ra secreto denunciatori; necnon tam Seculares,  
 „ quàm Regulares prædicti pœnam carceris ad  
 „ nostrum arbitrium incurrant. Et si aliquis præ-  
 „ dictorum, elapsis terminis præfatis, per mensem  
 „ neglexerit a Curia recedere ad effectum se con-  
 „ ferendi ad suam Ecclesiam, ibidemque residen-  
 „ di, ut superiùs est mandatum, ex tunc fructus  
 „ Beneficiorum, residentiam, ut præfertur, re-  
 „ quirentium, non faciat suos, nec tuta conscien-  
 „ tia, etiam alia declaratione non sequuta, illos  
 „ sibi detinere possit: sed teneatur illos fabricæ  
 „ Ecclesiarum, aut Pauperibus loci erogare, aut,  
 „ ipso non erogante, per Superiorem Ecclesiasti-  
 „ cum ad dictam erogationem faciendam com-  
 „ pellatur. Lapsis verò sex mensibus, & præ-  
 „ missis non adimpletis, ipso facto, & absque alia  
 „ sententia, eisdem Beneficiis, & Dignitatibus  
 sit

„ sit ipso jure privatus , itaut illa Sedes Aposto-  
 „ lica tantum conferre valeat ; eademque ab ea  
 „ respectivè possint impetrari, & provisiones per  
 „ ipsam factæ, debitæ executioni demandari de-  
 „ beant , quacumque appellatione postposita; ve-  
 „ rificato dumtaxat coram Executore literarum  
 „ simplici facto contraventionis . Certificantes  
 „ omnes , & singulos prænominatos , quòd in-  
 „ morosos , & contumaces irremissibiliter proce-  
 „ detur ad præfatarum pœnarum executionem,  
 „ sine tamen præjudicio pœnarum, jam incurfa-  
 „ rum per eos , qui hætenus contravenerunt .

---

## TITULUS XVIII.

Ne Sede Vacante aliquid innovetur .

### C A P. I.

*Sede Episcopali vacante , canonica per Vicarios  
 Capitulares in Clericorum Ordinationibus  
 disciplina servanda injungitur .*

**I**DONEI ut in Christi Ecclesia Sacerdotes ,  
 alique sint semper in ea ministri , qui dignè ,  
 & laudabiliter in eorum gradu pro majestate de-  
 serviant ; quam Episcopi in inquirendo de vita ,  
 & scientia ordinandorum , diligentiam adhibere ,  
 quaque in imponendis manibus uti ratione te-  
 neantur , sacrum peraccuratè statuit Concilium  
 Tri-

Tridentinum. Cumque leges, quæ bono sunt innixæ principio, quandoque hominum malitia subvertantur, & eludantur; volumus sibi quoque caveant Vicarii omnes Capitulares, ne, provehendorum magis indulgendo ambitioni, quàm prædefunctorum æmulando zelum Episcoporum, ipsi sint in antiqua hac tuenda Ecclesiæ disciplina remissi.

## C A P. II.

*Intra annum Episcopalis Sedis vacationis, quibus pro ordinatione dandæ literæ Dimissoriæ? Facultativas in Episcoporum, & Concilii Congregationibus expediri prohibetur.*

**I**Deoque sub pœnis, quas idem statuit Concilium Tridentinum<sup>a</sup>, aliisque, Episcopi successoris arbitrio reservatis, Vicariis eisdem Capitularibus inhibemus, ne intra annum, a Sedis vacationis die, (Epistolas in posterum facultativas Episcoporum, & Concilii Congregationibus concedendi permissione sublata) aliquem, nisi beneficio acquisito, vel proximè acquirendo, arctatum, & dummodo non fuerit is aliàs ab antecessore Episcopo rejectus, ad Clericalem tonsuram, seu Ordines suscipiendos dimittant. Post annum verò, quos moribus habuerint, virtutibus, ac doctrina laudabiles, nunquam tamen officiis, plerumque importunis, commendatos, liberum est eis, servatis reliquis de jure servandis, dimissorias literas pro arbitrio, & conscientia concedere.

<sup>a</sup>  
Sess. 7. cap. 10.  
& Sess. 23.  
cap. 10. de ref.

## TITULUS XIX.

## De Rebus Ecclesiæ non alienandis.

## CAP. UNIC.

*In bonorum ecclesiasticorum concessionibus ratio canonica declaratur. Laudemia recipi, & locationes, ac emphyteuses antiquis conductoribus, & emphyteutis renovari, vel confirmari prohibentur.*

**U**SU est, & experientia probatum, quantum Ecclesiis, locisque piis detrimenti, damni- que sæpè illæ afferant bonorum ecclesiasticorum locationes, & emphyteuses, quæ ab Ecclesiarum Rectoribus, Oeconomis, & Administris, humano potius affectu, imò & effrænata quadam certam, in primo conductorum ingressu, ab his pecuniarum summam recipiendi cupiditate, quàm habita Ecclesiarum utilitatis ratione, modico sub annuo canone vel in perpetuum, vel ad longum tempus, seu sub emphyteutis titulo ad vigintinovem, sæpiusque etiam ab his vigintinovem annos, vel tertiam generationem, iniri solent. Quodque dolendum est magis, absoluto concessionis tempore, a conductoribus, seu emphyteutis, jure veluti hæreditario, locationes, & emphyteuses hujusmodi renovandæ sibi, & confirmandæ petuntur; ad quarum renovationem, & confirmationem, Eccle-

Ecclesias, & loca pia teneri, imò cogi posse præsumitur. Volentes hinc Nos, sacro hoc etiam approbante Concilio, Ecclesiarum omnium, locorumque piorum, quæcumque sint, indemnitati, ac statui firmitus providere, satis sit licet super his a lege provisum, consultissima hac sanctione Episcopis omnibus, & inferioribus locorum Ordinariis, Episcopalem quasi jurisdictionem habentibus, apertius declaramus, & mandamus

I. Ne immobilia quæcumque Ecclesiarum, ceterorumque piorum locorum bona, a quovis, sive ordinaria, sive Apostolica auctoritate, ad longum tempus, ultra triennium, vel quadriennium, uti oliveta, locentur, vel in emphyteusim, nunquam tamen perpetuam, concedantur, nisi evidens planè, in eorum Curia probanda, concurrat earundem Ecclesiarum, vel piorum locorum utilitas, & alia ferventur, quæ in Extravagante *Ambitiosa*, hoc titulo, demandantur: his insuper clausulis, ferendo decreto adjectis, quòd scilicet concessio fiat absque spe renovationis; & concessionis tempore expleto, bona ipsa cum suis membris, juribus, & pertinentiis universis, nec non & melioramentis, desuper pro tempore quomodolibet factis, ad Ecclesias, & loca pia, quibus ex directo dominio pertinent, ad eorum dispositionem pleno jure, atque omnino libera, vacua, & expedita relinquuntur.

II. Ne, hujus occasione locationis, vel in emphyteusim concessionis, aliquid, sub contractus

nullitatis poena, pro laudemio, seu pro primo, ut ajunt, ingressu, a quoquam recipiatur; ex quo Ecclesiis, piisque locis præjudicium fiat, vel justus annui canonis valor decrescat, aut imminuat.

III. Ne, completo concessionis tempore, aliove casu adveniente devolutionis, locatio, seu in emphyteusim concessio ad ejusdem conductoris, vel emphyteutæ, suæve familiæ, vel hæredum favorem renovetur (iis tamen locis exceptis, in quibus non asserta, sed ritè, & rectè probata, legitima adsit consuetudo renovandi; vel Apostolica ad hoc indulta, aut privilegia expressè concessa reperiantur): sed Ecclesiis, locisque piis quibuscumque liceat bona, aliàs locata, vel in emphyteusim concessa, & inde, ut supra, devoluta, pro se, si velint, servata formæ nostræ Constitutionis, quam nuper<sup>a</sup> pro Archidioecesi nostra Beneventana edidimus, liberè retinere, propriisque bonis aliis incorporare; nec ullo jure a quoquam, sub quovis prætextu, seu ex quacumque causa, ad concessionem renovandas adstringi, aut cogi posse declaramus; salva tamen Alexandri III. Constitutione<sup>b</sup>, ubi ex æquitate dumtaxat terras illas, quæ de sylvis extirpatis sunt arabiles factæ, sub annuo censu iis hæreditario jure iterum tradi posse indulget, à quibus suo ipsas, vel parentum suorum, labore constiterit fuisse extirpatas; nisi fortè aliis possent cum majori utilitate concedi.

<sup>a</sup>  
Die 29. Julii  
1724.

<sup>b</sup>  
Cap. Ad au-  
res, hoc tit.



# TITULUS XX,

## De Testamentis .

### C A P. I.

*Testamenta a Parochis, tribus tantùm testibus adhibitis, rata esse, & valida, contrarium ubi non obstat Statutum. Legata pia, ad Confessarii aures facta, quomodo valeant, declaratur .*

**C**UM Alexandri III. <sup>a</sup> sanctione decretum sit, ut testamenta, quæ Parochiani coram tribus, vel duobus testibus a suo Presbytero conficienda mandarint, rata semper existere, ac firma debeant permanere; advigilent idcirco Episcopi, ne (ubi tamen contrarium non obstat Statutum, auctoritate Apostolica in forma specifica confirmatum, quo juris civilis dispositio servari mandetur) quivis præsumptione aliqua, excommunicationis poena contra sic præsumentem proposita, taliter facta testamenta rescindere audeat, vel irritare. In legatis verò piis <sup>b</sup>, & quæ ab ægrotantibus ad Parochorum aures fieri quandoque solent, ut fraudes, litesque evitentur, testes etiam in eodem numero adhibeantur, coram quibus Testator, se quædam ad pias causas eroganda, suo prout Parocho, seu Confessario, injunxit, ita velle declaret; talique declaratione, pia testatoris dispositio suum semper fortiatur effectum.

<sup>2</sup>  
Cap. Cum esses,  
hoc tit.

<sup>b</sup>  
Cap. Relatum I.  
cod. tit.

## C A P. II.

*Laudatur quorundam Regnorum consuetudo, qua Episcopi animarum testamenta conficiunt pro mortuis ab intestato. Sicubi ea non adest, inducenda proponitur.*

**E**Am postmodum laudabilem, quæ quibusdam in locis viget, in Regno præcipue Neapolitano, aliisque Regnis, consuetudinem, ut pro decedentibus ab intestato, superstites hi licet relinquunt hæredes, testamenta, ut ajunt, animarum per Episcopos efficiantur; aliquid de defuncti bonis pro ejus animæ suffragio disponendo, approbamus: & Episcopos omnes, ut eorum plebes ad usum ipsum, ubi non adsit, amplectendum hortentur, admonemus.

---

## TITULUS XXI.

## De Regularibus.

## C A P. I.

*Regulares ad Subdiaconatum promovendi, authenticum Episcopis testimonium de solemni emissa professione, & exercitiis spiritualibus factis, exhibeant.*

**A**NTIQUA cum sit Ecclesiæ consuetudine, inductum, & Apostolicis Constitutionibus probatum, ut Regulares tantummodo, quibus gloriosum est mendicare, non alio,

alio, quàm paupertatis, seu professæ ab eis approbatæ Religionis titulo, sacris possint Ordinibus initiari; attendant Episcopi, ne Regularium quempiam ad Subdiaconatus ordinem, promoveant, si initiandus ipse, ut exploratiùs de requisito valeat ordinationis titulo constare, expressam de solemni, per eum emissa, regulari professione, proprii non secum attulerit fidem Superioris, deque præviis exercitiis spiritualibus peractis attestationem non exhibuerit; unà postmodum cum dimissoriis literis servandas in Archivo Episcopali.

## C A P. II.

*Regulares non nisi ab Episcopo loci ad Ordines promovendi, servata forma Decreti Clementis VIII.*

**I**N suis verò subditis ad ordinationes dimittendis, Superiores Regulares Decretum fel. rec. Clementis VIII. servant ad unguem, sub ipsis, in Decreto eodem expressis, officii, & dignitatis, seu administrationis, ac vocis activæ, & passivæ privationis pœnis, aliisque, summorum Pontificum arbitrio reservatis. De cetero, ne quem Superiorum excuset illius ignorantia Decreti, illud hìc ad verbum subjungendum decernimus; evulgandumque etiam ab Episcopis in eorum Diœcesana Synodo, post hoc Concilium primo tempore celebranda.

DE-

## DECRETUM CLEMENTIS PAPÆ VIII.

Circa Ordines, a Regularibus  
fulcipiendos.

**D**E mandato SS<sup>m</sup>i D.N. Clementis, divina providentia, Papæ VIII. tenore præsentium, mandatur omnibus, & singulis quorumcumque Regularium Superioribus, ut de cetero observent, & observari faciant ea, quæ in Decreto S. Congregationis Concilii Tridentini continentur, cujus tenor est talis: Congregatio Concilii censuit, Superiores Regulares posse suo subdito, idem Regulari, qui, præditus qualitatibus requisitis, Ordines suscipere voluerit, literas dimissorias concedere, ad Episcopum tamen Diocesenum, nempe illius Monasterii, in cujus familia ab iis, ad quos pertinet, Regularis positus fuerit: & si Diocesanus absuerit, vel non esset habiturus ordinationes, ad quemcumque alium Episcopum; dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam; & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem Dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus Diocesanus, vel absuturus, vel nullas habiturus esset ordinationes. Verùm, cum a Superioribus Regularibus, Episcopo Diocesano absente, vel ordinationes non habente, literæ dimissoriæ dabuntur, in eis utique hujusmodi causam absentiae Diocesani Episcopi, vel ordinationum, ab eo non habendarum, exprimendam esse. Quod qui non fecerint, officii, & dignitatis, seu administrationis, ac vocis activæ, & pas-

*passivæ privationem, ac alias, arbitrio ejusdem SS<sup>m</sup>i  
D. N. Papæ reservatas, pœnas incurrant. In quo-  
rum fidem &c. Datum Romæ die 15. mensis Mar-  
tii 1596.*

## C A P. III.

*Proprietatis vitium a Monialibus vitandum. Ratio  
earum victus & vestitus exhibetur. Super  
munerum largitionibus, Constitutio  
Clementina innovatur.*

**E** Monialium Monasteriis, imò ab ipsarum  
cordibus Monialium, incumbant Episcopi,  
proprietas omnis exulet; & illa, quàm maximè  
fieri poterit, in eis stabiliatur, serveturque rerum  
omnium communio, quæ nihil habet, & cui ni-  
hil deest. Illinc insuper quatenus corrupta omnis  
foràs abscedat affectio particularis, curent, ut ex  
Monasteriorum redditibus eadem sit Religiosis  
omnibus (ægotantibus exceptis) mensa, victus,  
& vestis præcipuè uniformis, quæ in interiori  
etiam sericum excludat, & modestæ, quæ Chri-  
sti Sponsas deceat, formæ sit, & proprii cujusque  
Religionis coloris. Cumque paupertatem pro-  
fessæ sint illæ, singula nos idcirco, quæ super mu-  
nerum largitionibus sua Constitutione<sup>a</sup> fancivit  
Clemens VIII., innovamus, & a quibuslibet,  
sub latis in ipsa pœnis, decernimus observari.

<sup>a</sup>  
*Religiosæ  
An. 1594.*

C A P.

## CAP. IV.

*Puella ; in Asceteriis educandæ , vestibus , ornatuque modesto utantur: quæque pro ipsis constituta sunt , adamussim , etiam Superiores , adimpleant .*

**S**Tudeant & quàm accuratissimè Moniales ipsæ, ut quas, Superiorum accedente consensu, & impetrata ab Episcoporum, & Regularium Congregatione licentia, educandas, ac formandas susceperint Puellas convictrices, piè illas, & catholicè instituant; incumbantque, ne ipsarum ornatus, & vestes Puellis, inter Christi Sponsas versantibus, disconveniant. Sint itaque non fericæ, nec aliis, quàm nigri, aut fusci, vel albi, aut violacei coloris: nulloque illæ exquisito, quod sacris non conveniat Asceteriis, ornamenti genere, utantur. In reliquis & Puellæ ipsæ, ab Asceterio aliàs dimittendæ, observent, & Abbatissæ, vel Priorissæ, Superioresvè aliæ, quocumque nomine vocentur, quæ eadem Congregatio in concessa licentia præscripserit, faciant adimpleri. Interim omnes admonemus Episcopos, quatenus & ipsi super eorumdem observantia vigilent, &, ubi ubi opus erit, pro viribus provideant.

## TITULUS XXII.

## De statu Monachorum, &amp; Eremitarum.

## CAP. I.

*Pro Eremitarum institutione zelus Episcoporum excitatur : & Regulæ pro illis dantur in Appendice .*

**A**D antiquum, quoquo modo possit, reparandum floridum Eremitarum statum, exacta quorum vivendi ratione solitudo olim exultabat, & florebat quasi lylium; suam quatenus pro his curam aliquam impendant Episcopi, horum sollicitudines excitamus. Nostris interea Eremitis, qui hîc Hospitium habitant non ignobile propè Portam Angelicam, mandamus, ut Regulæ, Synodali adjungendas Appendici, cum seorsim fuerint typis impressæ, apud se habeant, & religiosè observent; alias Nos ipsis, ut oportuerit, instructiones daturi pro recta eorum vita, & exemplari conversatione.

## CAP. II.

*Regulæ ipsæ Episcopis proponuntur, a cujusque Diœcesis Eremitis observandæ .*

**E**Asdem Nos propterea Regulæ Episcopis pro Diœcesanis suis Eremitis ducimus proponendas, quas Episcopi ipsi per illorum quemlibet in proprio haberi curent Eremo, & illarum observantiam studeant practicè promovere.

M

CAP.

## C A P. III.

*Quotannis Eremitæ omnes ab Episcopis coram se convocentur; super illorum actibus, & Eremorum Statu perscrutandi.*

**D**E cetero non incongruum, imò perutile judicamus, si Eremicolas omnes, & singulos quotannis certa die, ab Episcopo præfigenda, è Diœcesi in Civitatem convenire, præscribatur; ibi coram Episcopo ipso, vel ejus Vicario Generali, peculiari scrutinio de Ecclesiis, & Eremis, quorum servitio, & custodiæ deputati fuerint, de eleemosynis insuper, & illarum usu, deque illorum actibus, & in via spiritali profectu, rationem reddituros.

## TITULUS XXIII.

De Religiosis Domibus, ut Episcopo sint subjectæ.

## C A P. I.

*Laicorum Confraternitates intenta solitudine ab Episcopis visitentur; adhibitis quæ in sua Constitutione Statuit Clemens Papa VIII.*

**I**NTER cetera loca pia, quibus non minorem suam debent Episcopi curam, & vigilantiam, religiosas esse indicamus laicorum Sodalitates; quare diligenter eas, juxta Tridentini Concilii



TITULUS XXIII.

91

cilii functiones<sup>a</sup>, visitent Episcopi; & in omnibus Constitutionem præcipuè servent, seruarique faciant, Clementis VIII. quæ incipit: *Quæcumque a Sede Apostolica*<sup>b</sup>; cujus summarium hîc legetur in fine.

<sup>a</sup>  
Sess. 22. de ref.  
cap. 8. & 9.

<sup>b</sup>  
An. 1604.

C A P. II.

*Ab OEconomis administrationum rationes quotannis exigant Episcopi. Si aliis reddenda sit ratio, minister etiam interveniat Episcopalis.*

**A** Confraternitatum insuper, Hospitalium, ceterorumque locorum piorum OEconomis administrationum rationes, præfati juxta Concilii decreta<sup>c</sup>, exigant Episcopi singulis annis, ni secus expressè in illorum fundatione sit cautum. Quod ubi ex privilegio, aut justa alia causa, ab Episcopo probanda, aliis esset ratio reddenda, cum iis declaramus adesse debeat & Episcopus, sive ejus minister, ad id specialiter deputatus; aliàs factæ a ratiocinatoribus liberationes irritæ sint, & nullæ, minimèque Administratoribus suffragentur. Qui verò ex ejusdem Concilii præscripto, vel alia laudabili consuetudine Episcopo rationem reddere tenentur, si ab eo moniti, non paruerint, per censuras etiam ecclesiasticas compellantur.

<sup>c</sup>  
Loc. cit.

## TITULUS XXIV.

## De Jurepatronatus.

## CAP. UNIC.

*Cujuscumque Diœcesis Patronatus qui sint legitimè concessi, & justo titulo acquisiti, inquirendum ab Episcopis. Legalem omnium Catalogum summo Pontifici, & Cardinali Datario transmittant:*

<sup>2</sup>  
Sess. 25. cap. 9.  
de Ref.

**C**H R I S T I A N Æ est moderationi conveniens, ut, amputato usurpationum excessu, unusquisque impetratis gaudeat; nec ea præsumat, quæ nullo modo sibi concessa perspicuntur. Mandamus quocirca Episcopis, ut, illius memores Tridentini Concilii sanctionis <sup>2</sup>, disponentis quomodo juspatronatus, Communitatum præsertim, Universitatum, Collegiorum, ac potentium personarum, in quibus præsumptio urget usurpationis, probari oporteat, diligentissimè ipsi propriæ Diœcesis patronatus omnes examinent; & ex documentis, in eorum Curiis, præcedentium occasione præsentationum, exhibitis, inquirent, qua occasione, qua causa, quove titulo, & jure, patronatus sint hujusmodi constituti; & quos ipsimet repererint, juxta formam, ab eadem Tridentina Synodo præscriptam, legitimè concessos, solemnè describant in inventario, in quo instrumenta, aliæve

aliæve cujuslibet probationes patronatus, ad dicti Concilii normam acquisiti, breviter referantur. Si qui patronatus verò reperiantur ex privilegio, etiam Apostolico, concessi, vel ad tempora ante, vel post Tridentinum pertinere, aut legitimis titulis destituti, & sine requisitis, in eodem decreto Concilii relatis, ipso pariter adnotentur in inventario, quod Episcopi subscribant, & in Archivo Episcopali recondant. Simile autem exemplar ad Sedem Apostolicam, & ad summi Pontificis Datarium transmittant, ut ita & Sedes eadem Apostolica, ipsique Episcopi, eorumque successores facilè examinare possint, ac de jure deliberare, vel saltem futuris præcavere vacationibus, num danda, vel deneganda sit institutio præsentatis.

## TITULUS XXV.

De consecratione Ecclesiæ, vel Altaris.

## C A P. I.

*Cathedrales Ecclesiæ, & Parochiales, cum majoribus saltem Altaribus, intra annum in Civitatibus, & in Diocesisibus intra biennium, post earum restorationem, ab Episcopis consecrentur.*

**A**NTIQUA mandant sanctorum Patrum decreta<sup>a</sup>, ut, sicut non alii possunt, quàm sacriati Domino Sacerdotes, sacra peragere, & hostias offerre super Altare, ita non alibi, <sup>2</sup> *Can. Sicut non alii, De Conf. dist. 1.* neces-

necessitas nisi summa coegerit, quàm in Deo dedicatis locis, idest in Tabernaculis, divinis ab Episcopo precibus delibutis, divina debent sacrificia celebrari. Incumbant quocirca Episcopi, ut Ecclesiæ saltem Cathedrales, & Parochiales, & majora ipsarum Altaria, quæ adhuc perfecta non sunt, nec dedicata, intra annum, si fieri poterit, in Civitatibus, per Dioeceses verò intra biennium, omninò periciantur, & solemniter consecrentur<sup>a</sup>.

<sup>a</sup>  
Concil. Londin.  
An. 1237.  
cap. 1.

## C A P. II.

*De Ecclesiarum dedicatione anniversarium quotannis  
Officium celebretur.*

**E**Ncænia autem, seu solemnnes Ecclesiarum, dedicationes, ipsis, quibus initiantur, diebus recurrentibus<sup>b</sup>, vel aliis, quos Episcopi in consecrationis actu prohibito designarint, in perpetuum anniversaria solemnitate celebrentur; Rubricis servatis Breviarii, & Missalis Romani.

<sup>b</sup>  
Can. Solemnitates 1. & 2.  
De Conf. dist. 1.

## C A P. III.

*Ubi de dedicatione dubitetur, Consecratio  
fiat absolutè.*

**E**Cclesiæ verò, vel Altaria si adsint, de quorum dedicatione dubitetur; nec scripturæ, aut testes existant, qui de consecratione testentur hujusmodi; absolutè ea, ulla absque dubitatione, consecrari

secrari posse declaramus : talis namque trepidatio iterationem non facit; quoniam, quod nescitur factum, iteratum non esse, monstratur<sup>a</sup>.

<sup>a</sup>  
Eod. Can. Solemnitates 1.

## TITULUS XXVI.

### De Baptismo, & Confirmatione.

#### C A P. I.

*Solemne Baptismalis fontis benedictionem, & Baptismi administrationem, bis in anno efficiendam, per se etiam Episcopi aliquando habere non graventur.*

**N**ON est Parochorum tantum, quod, juxta sacra Canonum statuta<sup>b</sup>, Rituali Romano præscribitur, ut solemnis scilicet per eos bis in anno, utroque Sabbato ante sacratissimum Pascha, & Pentecosten, Baptismalis fontis benedictio persolvatur, sacrumque Baptisma tunc solemnius ministretur. Speciali id etiam ratione ab Episcopis exigit Cæremoniale Episcoporum<sup>c</sup>; & Nos ipsis, præcipuas velut inter Pontificalis ordinis actiones, non minori sollicitudine commendamus.

<sup>b</sup>  
Can. Non ratione. Can. Duo tempora. Can. Propriè. Can. Si quis autem. Can. De Cathecumenis. Can. Venerabilis. Can. Baptizandi. Can. Baptizandos. Can. Non liceat. De Conf. dist. 4. & Can. Ut Episcopi ibid. dist. 5.

<sup>c</sup>  
Lib. 2. cap. 27.

## C A P. I I.

*Cathecumeni non ante, sed post Baptismum, veste candida induendi.*

<sup>a</sup>  
*Can. Post Baptis-*  
*simum, & Can.*  
*Accepisti. cit.*  
*dist. 4. de Conf.*

**N**on est in solemni Adultorum Baptismate, sine redargutione prætereunda illa sacri Ritus inversio, dum Cathecumeni ad divinum permittuntur accedere lavacrum, candida induti Neophytorum veste, quam tantummodo post Baptismum tradimus baptizatis<sup>a</sup>, in gloriosæ signum resurrectionis, ad quam homines è sacro fonte, regenerantur; novæque vitæ innocentiam significandam, quam, post veteres ablutas maculas, servare debent; immaculatam ante Christi tribunal perferendam. Hæc itaque, & similia a sacrarum cæremoniarum Magistris animadvertantur: caveantque Parochi, ne, suarum instructionum defectu, quod fidelibus ab Ecclesia mysticè traditum est ad salutem, pompæ ferviat, & vanitati.

## C A P. I I I.

*Baptizandorum catechesis extra omninò, non intra Ecclesiam fiat; Baptismus verò in ea ministretur.*

<sup>b</sup>  
*In rubric. de Sa-*  
*cram. Baptismi.*

**Q**uia Baptismus janua est sacramentorum, & porta, per quam in Christi Ecclesiam intramus, sciant Parochi, non nudè a Romano Rituali<sup>b</sup> præscribi, ut Baptizandorum catechismus ad Ecclesiæ januam, his, cum patris, extra

extra existentibus, peragatur. Iphis itaque districtè præcipimus, ut Ritum omninò servant eundem; nec unquam committant, contrarius ultra procedat abusus: quemadmodum & alter ille, domi scilicet infantes baptizandi extra necessitatem, quæ si unquam eveniat, erit ab Episcopo probanda.

## C A P. I V.

*In Confirmationis Sacramento ministrando solliciti sint Episcopi: cautèque provideant, ut æquali præparatione, ac devotione ministrantur, & suscipiatur.*

**S**olerti tandem Episcoporum curæ subijcimus, ut, quemadmodum Confirmationis Sacramentum magna est baptizatis veneratione tenendum, utpotè quia illius virtute, Deus in Nobis perficit, quod Baptismo operari cœpit<sup>a</sup>, nec alii ipsum, nisi summi conferunt Sacerdotes<sup>b</sup>; ita incumbendum summoperè, ne minori devotione, & tumultuariè, ut affolet, sed, qua decet, præparatione, ac reverentia ministretur æquè, ac suscipiatur. Hinc sibi quoque consulant Episcopi illi, qui, segnes in hoc conferendo Sacramento, Baptizatos, a septennio, & supra adversus malignos spiritus colluctantes, speciali hac sancti Spiritus unctione corroborare prætermittunt. Hoc itaque quotannis in Civitate; in Diœcesi verò, tempore saltem visitationis, solemniter ministrare non negligent; semper tamen, quoad fieri poterit,

<sup>a</sup>  
Catechism.  
Rom. de Sa-  
cram. Confir-  
mat. §. 21.

<sup>b</sup>  
Can. De his,  
& Can. Ma-  
nus. De Conf.  
dist. 5.

terit , de mane in Ecclesia , & jejuni jejunis , maribus a feminis seorsim dispositis , conferant ; & adultis , non nisi sacramentali priùs confessione mundatis .

## TITULUS XXVII.

### De Ecclesiis ædificandis, vel reparandis.

#### CAP. UNIC.

*Ecclesiarum Cathedralium , & Collegiatarum fabricis  
providetur concessione mediorum fructuum primi  
anni cujuslibet beneficii , ab Episcopis  
in propria Diœcesi conferendi .*

<sup>a</sup>  
Can. Nemo ,  
De Conf. dist.  
1.

<sup>b</sup>  
Cap. Si propter,  
De Rescriptis  
in 6.

**H**ÆRETICORUM blasphemiam damnamus, qui Ecclesias dotare, divinæ scripturæ, & Christi regulæ contrarium esse divulgabant. Sacris etenim cum sit Canonibus <sup>a</sup> provisum, ut Ecclesiæ, quatenus divino cultui aptæ, & in suo semper decore permaneant, absque dotis constitutione, non ædificentur; plurimarum Nos, quas sine subsidio hujusmodi constructas scimus, suppletes indigentis Ecclesiarum; cum aliàs vel Apostolico privilegio, vel consuetudine, vel statuto induci possit, ut fructus quorumcumque beneficiorum primi anni, imò & duorum, vel plurium, ad quinquennium <sup>b</sup> usque, Ecclesiarum fabricis reserventur; singulis Italiæ, Insularumque adja-



TITULUS XXVII.

99

adjacentium Episcopis concedimus, (nostræ prout Ecclesiæ Beneventanæ concessit Pius II. <sup>a</sup>, & Cathedralis Nolanam in antiqua sua esse consuetudine, novimus) ut scilicet in quibuscumque ecclesiasticis beneficiis, ab eis, aliisque inferioribus, conferendis, dimidios primi anni cujusque beneficii fructus sibi respectivè reservent. Volumus verò, & expressè mandamus, ut fructus ipsi non in alia, quàm in propriæ Cathedralis, & Collegiatarum Ecclesiarum fabricam, augmentum, reparationem, & ornatum fideliter impendantur: declarantes insuper, nostræ intentionis non esse, nec unquam fuisse, ut fructus hujusmodi in musicas, aut organistarum, vel aliorum Ecclesiæ servientium salaria, aut stipendia dissipentur: super quibus Episcopi, & Ecclesiarum Capitula sibi, & ipsorum conscientiæ consulant; prout fusiùs in nostra Constitutione exprimitur, in Appendice legenda.

An. 1459.



## TITULUS XXVIII.

## De Immunitate.

## CAP. I.

*Gregorii XIV. Constitutio super Ecclesiarum immunitate, nova BENEDICTI XIII. Constitutione in casibus aliquibus declaratur, & ad quosdam alios extenditur.*

**C**ONSUETO Apostolicæ Sedis moderamine convenimur, sic Nos paternorum debere Canonum decreta librare, & Pontificum prædecessorum nostrorum statuta metiri, ut, quæ præsentium necessitas temporum extendenda, vel declaranda deposcit, providenter, diligenti adhibita consideratione, extendamus, & declaremus. Sanè siquidem celeberrima Gregorii XIV. Constitutio<sup>a</sup> super Ecclesiarum immunitate, consilio licèt optimo ab initio edita, tractu tamen temporis, vel quia multifariàm a Doctoribus exposita, vel quia Ecclesiasticis ipsis in Tribunalibus praxi est observata dissimili, quotidianæ tantummodò videtur esse fori utriusque Judicibus disputationi. Quamobrem Constitutionem ipsam, quam ceteroquin salvam semper volumus in sua firmitate remanere, sacro hoc etiam approbante Concilio, in aliquibus casibus declarare, & ad novos alios, ultra jam in eadem expressos, extendere judicavimus,

<sup>a</sup>  
*Cum alijs  
nonnulli.  
An. 1591.*

vinus ; prout in perpetua nostra , quam Concilii hujus exhibebit Appendix , fusiùs Constitutione p. 277. continetur .

## C A P. II.

*Laicos , qui Clericorum immunitatem turbare non verentur , Episcopi , censurarum comminatione , a sententia revocent : & si opus fuerit , ad earum fulminationem deveniant .*

**C**UM in locis quibusdam , etiam præcipuis , Judices , & Governatores haud desint , qui seculari non contenti , sibi a Deo concessa , auctoritate , in ecclesiasticam messem sacrilegas non rarò falces immittere , Clericos ad eorum Tribunal convenire , & sacros Ecclesiæ Ministros in sua audent jurisdictione turbare ; idcirco , ii quatenus detestanda ipsa facinora perhorrescant , latas in *Bulla Cœnæ*<sup>a</sup> censuras ad eorum memoriam revocamus . Episcopos verò seriò excitando , mone-  
<sup>a</sup> §§. 15. & 16. mus , ut contra sic temerè audentes , eorumque ministros , complices , & fautores , juris & facti remediis opportunis , ad incurfarum etiam procedant censurarum declarationem ; ut ita illi , Dei ulciscantis plagam sentientes , ad ceterorum emendationem , tandem aliquando confundantur , & resipiscant .

## C A P. III.

*Barones, prohibentes laicis, ne Clericali militiae sine ipsorum licentia adscribantur, excommunicationis sententia terrentur; prout & laici ipsi, qui illam audent licentiam impetrare.*

**N**on sunt insuper ullo modo ferenda, quæ a Dominis quibusdam temporalibus injuriosa noscimus ecclesiasticam contra libertatem inducta præjudicia. Mittentes enim ipsi cum Ozia manus in sacra thuribula, in juvenes nempe Deo consecrandos, eos, minis, ac metu incusis, ab Ecclesiæ ineundo servitio retrahunt, qui clericali se militiae appetunt initiari. Supplices namque ab his præsumunt sibi offerri libellos; & dum placet, aut voce, aut scripto, ut ad Episcopos se conferant ordinandos, licentiam impertiantur. Hujusmodi Nos volentes audaciam cohibere, excommunicationis poenam ferimus latæ sententiæ, Episcopis respectivè reservatam, tam contra Dominos temporales ipsos, qui directè vel indirectè, mediatè vel immediatè prædicta adhuc præsumpserint attentare, quàm contra laicos promovendos, vel eorum consanguineos, si per se, vel per alios, licentiam ipsam in posterum unquam audeant impetrare.

C A P.

## C A P. IV.

*Laici, Divinorum Officiorum tempore, in Ecclesiis, etiam Regularium, intra Presbyteriorum, & Altarium septa ingredi, ibique manere, sub interdicti pœna, Romano Pontifici reservata, prohibentur.*

**A** Liàs generali S. Sedis Decreto<sup>a</sup>, in Ecclesiis, etiam Regularium, intra Presbyteriorum, & Altarium septa, dum Missæ ibi celebrantur, aliave Divina Officia persolvuntur, secularium personarum cujuscumque conditionis, & sexus assistentiam prohibitam fuisse, non ignoratur. Verumtamen, cum adhuc laici quidam in vetita temerè nitantur, & ibidem aut stare, aut scamna habere, vel genuflexoria sibi arrogare, præsumant, id iterum, juxta sacrorum Canonum<sup>b</sup>, ejusdemque Apostolicæ Sedis mentem, sub Ecclesiarum, Regularium etiam, & quomodocumque exemptarum, interdicti pœna, ipso facto incurrenda, & Romano Pontifici reservata, inhibemus; mandantes, ut, si quæ sint pro laicis, sacra intra loca prædicta, sedes, scamna, & genuflexoria, illinc auferantur, & removeantur omninò.

<sup>a</sup>  
Sac. Rit. Congr.  
Ann. 1688. &  
An. 1690.

<sup>b</sup>  
Can. Pervenit,  
& Can. Sacerdotum, de Conf. dist. 2. Cap. Ut laici, de Vit. & honest. Clericor. & cap. inhibendum, De cohabit. Clericor. & Mulier.

## TITULUS XXIX.

## De Accusationibus.

## CAP. UNIC.

*In Provincialibus Conciliis Synodales Testes eligantur, & ad eorum officia deputentur.*

<sup>a</sup>  
*Hoc Tit.*

**Q**UARTI Lateranensis Concilii Decreto, in Capitulo *Sicut olim*<sup>a</sup> relato, providè sub pœna, ibidem contra negligentes proposita, suspensionis scilicet ab officio, constitutum habemus, ut qualibet in Provinciali Synodo idoneæ, & honestæ personæ statuatur, quæ quasi Testes Synodales, simpliciter, & de plano, & absque ulla jurisdictione, quæcumque in Diœcesi, eis assignata, correctione, & reformatione sint digna, inquirant, ea respectivè ad Metropolitanum, & suffraganeos, ac alios, in Concilio Provinciali sequenti congregatos, fideliter delaturi; ii quatenus super eisdem, prout utilitati, & honestati congruerit, provida deliberatione procedant, & quæ statuerint, adimplenda præcipiant. Idcirco Nos, sacro hoc etiam approbante Concilio, Decretum ipsum a Metropolitanis omnibus in eorum prima Provinciali Synodo celebranda, pro debito sub eadem pœna observari jubemus: ac interim pro unaquaque specialis Romanæ Provinciæ Diœcesi ecclesiasticos Viros, quorum nomina hîc in Appendi-

pendice recensentur, in Synodales Testes eligimus, & ad eorum officia deputamus, cum facultatibus opportunis.

---

## TITULUS XXX,

### De Magistris.

#### C A P. I.

*Pro bono Seminariorum regimine, ubi erecta jam sint, Tridentini Concilii instructiones servantur: pro iis verò, & aliis erigendis, Constitutio BENEDICTI XIII. nuper edita, observanda exhibetur.*

**C**UM fatis compertum unicuique sit, quàm utilis, ac proficua ad pueros in ecclesiasticis disciplinis instituendos, & ad pietatem, religionemque informandos, Seminariorum erectio extiterit; ut tam pium propterea, & sanctum institutum conservetur omninò, atque indies magis magisque augeatur, Episcopi, in quorum Dioecesibus eadem Seminaria erecta jam fuerint, quæ ad bonum illorum regimen sacrosancta Tridentina Synodus<sup>a</sup> censuit præscribenda, & a locorum Ordinariis executioni demandanda, ea ipsi observent, & nullatenus negligent adimplere. Ubi verò ea nondum constructa, & fundata fuisse cognoverint, hujuscemodi ne diutius opere, non

<sup>a</sup> *sess. 25. de ref. cap. 18.*

O

minus

minùs laudabili , quàm necessario, in suis Dioce-  
sibus Dei Ecclesia privetur , omni ope illa quan-  
tocius , eadem ut sancta Tridentina Synodus præ-  
cipit , erigenda procurent ; & pro Seminariis iif-  
dem , sive erectis , sive erigendis , illa ipsi prorsùs  
exequantur , quæ Nos Episcopis singulis , & eo-  
rumdem Seminariorum Deputatis in nostra, quam  
nuper edidimus Constitutione , sequenti Appen-  
dici adjungenda , pleniùs præcipimus observari. *p. 297.*

## C A P. II.

*Sacris Ordinibus initiandi , per semestre in Semina-  
riis respectivè , vel Episcopis permaneat .*

<sup>a</sup>  
Can. 12.  
An. 813.

**T**Uronensis Concilii III.<sup>a</sup> Constitutione de-  
cretum est , ut Presbyter , priusquam ad  
Presbyteratus consecrationem accedat , in Episco-  
pio maneat , suum discendi gratia officium , donec  
mores etiam , & actus ejus animadverti possint ;  
& tunc , si dignus fuerit , ad Sacerdotium promo-  
veatur . Omnes igitur ad sacros Ordines promo-  
vandos , per sex saltem menses continuos ante  
ordinationem , in Seminariis respectivè , vel Epi-  
scopiis apud Episcopos , omnino , sacro hoc etiam  
approbante Concilio , commorari debere decer-  
nimus ; aliàs nunc pro tunc ab Ordinibus susci-  
piendis rejectos esse sciant ; nec cum eis , nisi  
prudenti Episcoporum arbitrio dispensandum .  
Eodem verò tempore , ut inde Ordines dignè su-  
scipere , & in Dei Ecclesia laudabiliter ministrare



valeant, consuetos ultra spiritualium exercitiorum dies, sacrorum Rituum, moralis Theologiæ, & Romani Catechismi studio volumus, incumbant; atque Clericali disciplina, & latina lingua, si opus sit, fatiùs imbuantur.

---

## TITULUS XXXI.

## De sententia Excommunicationis.

## CAP. I.

*In ferenda majoris excommunicationis censura, omni habita circumspeditione, procedatur.*

**E**CCLIASTICÆ disciplinæ nervus, excommunicatio, gladius ad Christi fideles in officio continendos valdè salutaris, quâ sanè sit circumspeditione adhibenda, ne malum augeat, cui data noscitur in medelam, sacri Canones exprimunt, & Tridentini Concilii probat auctoritas<sup>a</sup>. His Episcopi, omnesque Judices ecclesiasticis functionibus inhærentes, attendant, ne reos levibus pro quibusque excessibus ita repentè gladio feriant hujusmodi, aliis ubi commodè possint juris uti remediis: & justè quatenus, ac rectè, cum oportuerit, gladius sit ipse exerendus, Tridentinas tunc, super his latas, leges in eorum Tribunalibus omnimodis exequantur.

*sess. 25. de ref. cap. 3.*

## C A P. I I.

*Censuræ, ab uno Episcopo latæ, ab aliis, Regularibus præcipuè, servandæ.*

**F**ideles omnes sacrorum Canonum voce admonentur, ut illis non communicent, qui ab Episcopis excommunicantur: & quos illi ejece-  
a rint, ipsi non recipiant<sup>a</sup>. Antiquam hanc disciplinam a Regularibus religiosè tenendam, mandamus; sanctionibus inhærentes Concilii Generalis Viennensis<sup>b</sup>, atque Tridentini Decreto<sup>c</sup>, ubi censuræ, & interdicta, nedum ab Apostolica Sede emanata, sed etiam ab Ordinariis promulgata, mandante Episcopo, præcipiuntur a Regularibus in eorum Ecclesiis publicari, atque servari. Quod ut Episcopi mutuò inter ipsos observent, magis convenire declaravit Innocentius III. ita scribens Archiepiscopo Rothomagensi<sup>d</sup>, sicut  
b „ latas a vobis in subditos censuras vultis, ut alii  
c „ observent, ita latas ab aliis, & vos ipsi fervetis,  
d „ & a vestris faciatis subditis observari.

a Conc. Nicen. 1. Can. 5. Lateranen. 1. Can. 9. & Lateranen. 2. Can. 3.  
b Clem. 1. hoc Tit.  
c Sess. 25. de Regular. cap. 12.  
d Cap. Ad reprimeendam, De off. Judic. ordinari.

# TITULUS XXXII.

## De Pœnitentiis, & Remissionibus.

### C A P. I.

*Ultra pœnas alias, excommunicatio proponitur adversus Medicos, tertio visitantes Infirmos, post decubitum non confessos.*

**S**ALUBERRIMA quamvis alia Innocentii III. Constitutione in Concilio<sup>a</sup> generali declaratum fuisse legatur, corporales nonnunquam infirmitates ex peccato provenire, propter quod Medicis optimo fuit ibi consilio præceptum, ut, cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant, ut Medicos advocent animarum; quatenus, quia cessante causa, cessat effectus, postquam infirmo fuerit de spirituali salute provisum, ad corporalis medicinæ remedium salubriùs procedatur: statutum hoc nihilominus tam sanctum, & salutare, in dies contemni videtur ab iis; dum frequenter, gravi cum animarum præjudicio, evenire dolemus, quòd, morbo ingravescente, plures ex hac vita sacramentali sine confessione demigrant. Nos igitur Episcopis omnibus jubemus, ut Decretalem ipsam Innocentianam, & Constitutionem S. Pii V., quæ incipit *Super Gregem Dominicum*<sup>b</sup>; super hoc etiam emanatam, invigilent omnimodè observari; imposita contra Medicos  
excom-

a  
*Lateranen. IV.  
Can. 22. An.  
1215. in Cap.  
Cum infirmitas  
b. t.*

b  
*An. 1566.*

excommunicationis pœna, sibi reservata, si tertiam post infirmi visitationem, ab infirmi cura non abstineant, infirmus dum usque ipse Pœnitentiæ non susceperit sacramentum, quod Confessarius, relicta apud ægrotantem scheda, ejus manu subscripta, testari teneatur.

## C A P. II.

*Episcopi Regularibus confessionis munus non committant, absque probationis testimonio eorum Superioris.*

**S**acræ audiendæ Confessionis munus Sacerdotibus regularibus, quamvis ad illud ipsi & peritia, & scientia idonei appareant, Episcopi non committant; nisi a Monasterii Præfecto literis testatum fiat, eos in probatissimis etiam, pro confessariis datis, S. Caroli monitis instructos esse, & vitæ disciplina, ac moribus probatos haberi, ac dignos, quibus id munus laudabiliter imponatur. Hoc in testimonii genere Superior ipse animadvertat, ne quid testificando admittat, quod religio-  
sæ conscientiæ suæ fraudi sit, aut labem inferat.

## C A P. III.

*Pro Pueris, primò ad Pœnitentiæ sacramentum, & ad Eucharistiæ communionem admittendis, instructiones dantur in Appendice.*

**I**nstructiones ad sacramentorum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, a Pueris primò suscipiendorum, usum, & cultum pertinentes, breves simul, & claras

TITULUS XXXII.

III

claras dabimus in nostri hujus Concilii fine . Ceterum Parochos omnes admonemus , ut in illis instruendis sedulâ attentione utantur , ne , praxim eos peccata confitendi edocentes , dum erga bonum , quod scire debent , amorem instillant , mali , quod nesciunt , vel minimam indant agnitionem .

C A P. IV.

*Pœnitentiariæ Præbenda in Cathedralibus instituat.*

*Pœnitentiarum munus ostenditur .*

**Q**Uæ aliàs hoc in eodem Concilio <sup>a</sup> sunt constituta de adhibenda ab Episcopis diligentia pro Theologalis Præbendæ erectione in suis Cathedralibus , super quibus & specialem tunc temporis Constitutionem nostram evulgavimus , eadem etiam ab ipsis in prænecessaria , ubi erecta non sit , Pœnitentiariæ institutione , ad Tridentini Concilii <sup>b</sup> , & ipsius nostræ Constitutionis præscriptum , observari volumus , ac mandamus . Qui ita verò Pœnitentarius fuerit institutus , statis ipse diebus , & horis in Cathedrali Ecclesia , sua in sede confessionalis assistat ; ac tunc , & non aliàs , si Canonicus erit , integros , ac si Choro intersit , suos faciat fructus , & habeat distributiones .

<sup>a</sup>  
*Suprà Tit. 1.  
Cap. 6.*

<sup>b</sup>  
*Sess. 24. de ref.  
Cap. 8.*

D E-

## D E C R E T U M

## De Concilii Conclusionē, &amp; dimiffione.

**H**æc funt, quæ Spiritui fancto, & Nobis vifa funt decernenda facro in hoc Concilio, quod, optatum finem confecutum; complemus. Quocircà ipfum, Deo, qui idem cœpit, & perfecit, gratias agentes, concludendum, ac dimittendum effe decernimus, & conclufum, ac dimiffum denunciamus.

Ego Benedictus, S. Ecclefiæ Catholicæ Epifcopus, his Synodalibus conftitutis, à me probatis, atque firmatis, fubfcripsi: & poft me fubfequentes Rm̃i Cardinales, & Venerabiles Epifcopi.

Ego Fabritius, Epifcopus Portuenfis, Cardinalis Paulutius fubfcripsi.

Ego Petrus, Epifcopus Sabinenfis, Cardinalis Othobonus S.R.E. Vice-Cancellarius, fubfcripsi.

Ego Francifcus, Epifcopus Prænefinus, Cardinalis Barberinus fubfcripsi.

Ego Joſeph Tit. S. Præxedis S. Romanæ Ecclefiæ Presbyter Cardinalis Sacripantes fubfcripsi.

Ego Laurentius Tit. S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis Corfinus fubfcripsi.

Ego Auguſtinus Tit. S. Auguſtini S.R. E. Presbyter Cardinalis Fabronus fubfcripsi.

Ego An-

- Ego Annibal Tit. S. Clementis Presbyter Cardinalis S. R. E. Camerarius, subscripsi.
- Ego Ludovicus Tit. S. Sylveltri S.R.E. Presbyter Cardinalis Picus subscripsi.
- Ego Antonius Felix Tit. S. Balbinæ Presbyter Cardinalis Zondadari subscripsi.
- Ego Petrus Marcellinus Tit. S. Joannis ante Portam Latinam Cardinalis Corradinus subscripsi.
- Ego Jo: Baptista Tit. S. Stephani in Monte Coelio S. R. E. Presbyter Card. Ptolomæus subscripsi.
- Ego Melchior Tit. S. Mariæ in Via Presbyter S. R. E. Cardinalis de Polignac subscripsi.
- Ego B. Tit. S. Petri in Monte Aureo Presbyter S. R. E. Cardinalis Scottus subscripsi.
- Ego N. Tit. SS. Ner., & Achil. Presbyter S. R. E. Cardinalis Spinula subscripsi.
- Ego G. Tit. S. Agnetis Presbyter S. R. E. Cardinalis Spinula, S. Agnetis nuncupatus, subscripsi.
- Ego Ludovicus Tituli S. Mariæ in Transpontina Presbyter S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Belluga subscripsi.
- Ego Joseph Tit. S. Sufanæ S. R. E. Presbyter Cardinalis Pereyra subscripsi.
- Ego Joannes Baptista Tit. S. Priscæ P. S. R. E. Cardinalis Salernus subscripsi.
- Ego Alvarus Tit. S. Bartholomæi in Insula S.R.E. Presbyter Cardinalis Cienfuegos subscripsi.
- Ego Bernardus Maria Tit. S. Bernardi Presbyter S.R.E. Cardinalis de Comitibus, Ma. Pœnitentiarius, subscripsi.

P

Ego Jo.

Ego Jo. B. Tit. S. Matthæi in Merulana S. R. E.  
Presbyter Cardinalis de Alteriis subscripsi.

Ego Vincentius Tit. S. Honuphrii Presb. S. R. E.  
Cardinalis Petra subscripsi.

Ego Prosper Tit. S. Chrylogoni Presbyter S. R. E.  
Cardinalis Marefufcus subscripsi.

Ego Fr. Augustinus Ordinis Prædicatorum Tit.  
S. Sixti S. Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardi-  
nalis Pipia subscripsi.

Ego J. R. S. R. E. Diaconus S. Georgii in Vela-  
bro Cardinalis Imperialis subscripsi.

Ego Laurentius S. R. E. Diac. S. Agathæ Cardina-  
lis de Alteriis subscripsi.

Ego C. S. Angeli in foro piscium Diaconus Car-  
dinalis Columna subscripsi.

Ego Curtius S. Eustachii Diaconus Cardinalis  
Origus subscripsi.

Ego Fabius SS. Viti, & Modesti Diaconus Car-  
dinalis de Abbatibus Oliveriis subscripsi.

Ego Carolus S. Mariæ in Aquiro S. R. E. Diaco-  
nus Cardinalis Marinus subscripsi.

Ego Julius S. Adriani S. R. E. Diaconus Cardinalis  
Alberonus subscripsi.

Ego Alexander S. Mariæ in Cosmedin S. R. E.  
Diaconus Cardinalis Albanus subscripsi.

Ego Jo. Baptista Congregationis S. Philippi Nerii  
de Urbe, Archiepiscopus Conventati, Episco-  
pus Terracinensis, & Setinus subscripsi.

Ego Franciscus Maria Muscettula Archiepiscopus  
Rossanen. subscripsi. Ego Sal-



Ego Salvator Miroballo Archiepiscopus Nazare-  
nus subscripsi .

Ego Antonius Paternò Archiepiscopus Lanci-  
anen. subscripsi .

Ego Mondillus Ursinus Archiepiscopus Corinth.  
& Episcop. Melphien. & Rapollen. subscripsi .

Ego Antonius Fonseca Episcopus Tiburtinus sub-  
scripsi .

Ego Joseph de Carolis Romanus, Episcopus Aequi-  
naten. in Pontecurvo , subscripsi .

Ego Hyacinthus Dragonetti Episcopus Marforum  
subscripsi .

Ego Honuphrius Elisei Episcopus Urbis Veteris  
subscripsi .

Ego Nicolaus Rocco Episcopus Cassanensis sub-  
scripsi .

Ego Fabius de Mancinfortibus Episcopus Eugu-  
binus subscripsi .

Ego Antonius Sanfelicius Episcopus Neritonen.  
subscripsi .

Ego Jo. Baptista Bassus Episcopus Anagninus sub-  
scripsi .

Ego Vincentius Vecchiarellius Episcopus Sutri-  
nus , & Nepesinus subscripsi .

Ego Faustus Guidottus Episcopus Civitatis Plebis  
subscripsi .

Ego Bernardinus Ægidius Recchi Episc. Aquæ-  
pendentis subscripsi .

Ego Fr. Carolus Hyacinthus Ordinis Prædicato-  
rum Episcopus Spoletanus subscripsi .

Ego Adrianus Sermattejus Episcopus Viterbiensis, & Tuscanensis, subscripsi.

Ego Emanuel Joseph Episcopus Ovetensis subscripsi.

Ego Fabritius Antonius Salernus Episcopus Molphictensis subscripsi.

Ego Laurentius de Tartagnis Episcopus Verulanus subscripsi.

Ego Carolus Pignatelli Episcopus Cajetanus subscripsi.

Ego Simon Gritti Episcopus Ferentinus subscripsi.

Ego Ludovicus Maria Pandolfini Episcopus Vulteranus subscripsi.

Ego Alphonsus Mariconda Episcopus Triventinus subscripsi.

Ego Gabriel de Marchis Episcopus Soranus subscripsi.

Ego Nicolaus Terzaghus Episcopus Narniensis subscripsi.

Ego Bernardus Cavalerius, & de Acugna Episcopus Sancti Marci subscripsi.

Ego Dominicus Tagliatela Episcopus Aquilanus subscripsi.

Ego Joseph Falconius Episcopus Ortonensis, & Camplensis, subscripsi.

Ego Joannes Franciscus Tenderini Episcopus Civitatis Castellanae, & Horten., subscripsi.

Ego Cosmus Torellus Episcopus Camerinen. subscripsi.

Ego Mar-

Ego Martinus de Zelaretta Episcopus Legionensis  
subscripsi.

Ego Antonius Carrara Episcopus Fundanus sub-  
scripsi.

Ego Theodorus Pongelli Episcopus Interamnen-  
sis subscripsi.

Ego Jo: Baptista Renzoli Episcopus Amerinus  
subscripsi.

Ego Alexander Dolfi Episcop. Fanen. subscripsi.

Ego Felix Solatius Episcop. Bisinianen. subscripsi.

Ego Honuprius Pini Episcopus Balneoregionensis  
subscripsi.

Ego Hercul. Michael ab Aragonia Episcopus Mi-  
letensis subscripsi.

Ego Fr. Antoninus Seraphinus Camarda Ordinis  
Prædicatorum Episcopus Reatinus subscripsi.

Fr. Jo. Baptista Chiappè Congregationis B. Pe-  
tri de Pysis Episcopus Nuceriæ in Umbria  
subscripsi.

Ego Antonius Fonseca Episcopus Æsinus sub-  
scripsi.

Ego Septimius Cinughius Episcopus Pientinus  
subscripsi.

Ego D. Leander de Porzia Abbas S. Pauli extra mænia  
Urbis subscripsi.

Ego Joannes Baptista Piatt Abbas S. Salvatoris de Do-  
moapro in Lotharingia subscripsi.

Ego Justus Fontaninus Abbas S. Mariæ Sextensis in Pro-  
vincia Aquilejensi subscripsi.

Ego *Jacobus Amadorius, olim de Lanfredinis, U. S. R.*  
*Procurator Em̃i, & Rm̃i Francisci Cardinalis de*  
*Judi-*

*Judice, uti Episcopi Ostien., & Veliternen. S. Collegii Decani, subscripsi.*

*Ego Michael Giura Metropolitanæ Ecclesiæ Neapolitanæ Canonicus, Procurator Eñi & Rñi, D. Francisci Cardinalis Pignatelli Archiepiscopi Neapolitani, tamquam Episcopi Tusculani, subscripsi.*

*Ego Alexander Formaliari Metropolitanæ Ecclesiæ Bononiensis Primicerius, Procurator Eñi, & Rñi D. Jacobi Cardinalis Boncompagni Archiepiscopi Bononien., tamquam Episcopi Albanensis, subscripsi.*

*Ego Petrus Franciscus Bussius U. S. R. Procurator Eñi & Rñi D. Joannis Baptistæ Cardinalis Bussi Episcopi Anconitani, subscripsi.*

*Ego Franciscus Rudoiphus Degen Procurator Eñi, & Rñi Francisci Lotharii S. Sedis Moguntinæ Archiepiscopi, per Germaniam S. R. I. Archicancellarii, & Electoris, tamquam Episcopi Bambergensis, subscripsi.*

*Ego Agapitus Liberatus J. U. D. Procurator Rñi Episcopi Valven., & Sulmonen., subscripsi.*

*Ego D. Petrus Franciscus Tamburinus Procurator Reverendissimi Episcopi Segnini, subscripsi.*

*Ego Julianus Gotius Procurator Rñi Episcopi Montis Falisci, & Corneti, subscripsi.*

*Ego Joseph Benedictus Gherardi U. S. R. Procurator Rñi Laurentii Gherardi Episcopi Recinaten., & Lauretani, subscripsi.*

*Ego Joannes Dydacus Casacci Procurator Rñi Episcopi Joseph Mariæ Borgomini, Episcopi Ilcinen. subscripsi.*

*Ego*

- Ego D. Gaspar Antonius Petrina Abbas Montis-Regalis, Procurator Rm̄i Episcopi D. Caroli Joseph Murotii Episcopi Salutarum, subscripsi.
- Ego Nicolaus Casonius U. S. R. Procurator Rm̄i Ambrosii Spinule Episcopi Lunen. Sarzanen., subscripsi.
- Ego Joseph Castellucci Procurator Rm̄i Joseph Baptistelli Episcopi Fulginaten. subscripsi.
- Ego Angelus Antonius Reppius Procurator Rm̄i Ludovici Gualterii Episcopi Tudertini, subscripsi.
- Ego Petrus Guerra Procurator Rm̄i Joseph Guerra Episcopi Alatrini subscripsi.
- Ego Philippus Josias Caucius Procurator Rm̄i Joannis Gambi Episcopi Asculani subscripsi.
- Ego Alexander Salaroli Clericus Regularis Procurator Rm̄i Vitalis Joseph de Bobus Episcopi Perusini subscripsi.
- Ego Petrus Pieraccinius Procurator Rm̄i Episcopi Bernardini Guinifii Episcopi Lucensis subscripsi.
- Ego Ludovicus Fantonus Procurator Rm̄i Christofori Joannis Szembech Episcopi Varmien. & Sambien. subscripsi.
- Ego Gabriel de Sinis Procurator Rm̄i Petri Joannis Baptistæ Puccini Episcopi Cortonen. subscripsi.
- Ego Matthæus Scaglione Sacrosanctæ Ecclesiæ Lateranensis Canonicus, Procurator Rm̄i D. Marci Simeonis Palmerini Episcopi Assisien. subscripsi.
- Ego Joseph Rossi Procurator Rm̄i Dominici Potenza Episcopi Montis-Pelufii subscripsi.
- Ego Paulus Vitelli Procurator Rm̄i Alexandri Codebò Episcopi Civitatis Castellii subscripsi.

Ego Pau-

Ego Paulus Antonius Lubenia Procurator Rm̄i Nicolai Guerreni Episcopi Ravellen.

Ego Galvanus Landi Procurator Rm̄i D. Episcopi Gherardi Zandemaria Episcopi Burgi S. Domnini subscripsi.

Ego Antonius Franciscus de Valentibus S. J. Votans, Prælatus Domesticus SSm̄i D. N. Procurator Rm̄i Petri Vincentii Platamonis Episcopi Liparitani subscripsi.

Ego Fabius Troyli Procurator Rm̄i Francisci Antonii Buffolini Episcopi Pennen., & Adrien. subscripsi.

Ego Joannes Appianus Procurator Rm̄i Jo: Antonii Sacchi Episcopi Monopolitani subscripsi.

Ego Abbas Joseph Dominicus Manerius Procurator Rm̄i Petri Augustini Scorti Episcopi Aprutini subscripsi.

Ego Hieronymus Lucinus Episcopus Capsensis Procurator Rm̄i D. Francisci Pertusati Episcopi Papiensis subscripsi.

Ego D. Petrus Maria Justinianus Monachus Casinen. Procurator Abbatis SS. Monasterii Montis Casini, post Abbatis D. Archangeli Brancacci obitum, subscripsi.

Ego D. Seraphinus Tansius Abbas, & Procurator Generalis Congregat. Casinensis, Procurator Abbatis D. Maximi Albrizj Abbatis Monasterii SSm̄æ Trinitatis Cavæ ejusdem Congregat. subscripsi.

Ego Joannes Baptista Piare, uti Procurator Abbatis S. Joannis de Calmusiaco in Lotharingia, subscripsi.

Ego Franciscus de Vico Episcopus Elusinus, Judex que-  
rela-

*relarum, & controversiarum hujus Sancti Concilii, Canonici SS. Ecclesie Lateranen. ejusdemque Capituli Procurator, tamquam Abbatis S. Petri de Ferentillo, subscripsi.*

*Ego Marcus Antonius Ansideus Archiepiscopus Damiatæ, Assessor S. Officii, Canonicus, & Procurator Capituli Sacrosanctæ Basilicæ Vaticanæ pro Abbatibus exemptis, & Nullius, ad dictum Capitulum spectantibus, subscripsi.*

In quorum omnium fidem

*Ego Franciscus Antonius Finy Archiepisc. Damascenus, & Episc. Abellinen. & Frequentinus, hujus Sacri Concilii Secretarius, subscripsi.*

*Ego Michael Carolus de Althann, alter Secretarius subscripsi.*

## ACCLAMATIONES PATRUM IN FINE CONCILII,

*Cantate ex Ambone ab Episcopo Reatino, pluviali induto.*

EPISCOPUS.

**D**Eo, Patri misericordiarum, & Deo totius consolationis, & gratiæ, omnis laus, honor, & gloria in secula seculorum.

RESPONSIO PATRUM.

Amen, Amen, Amen.

*Episc.* Beatissimo BENEDICTO Papæ, & Domino Nostro, Sanctæ, & Universalis Ecclesiæ Pontifici, multi anni, & æterna memoria.

Q

*Resp.*

- Resp.* Domine Deus, Sanctissimum Patrem diu-  
tissimè Ecclesiæ tuæ conserva multos annos.
- Episc.* Serenissimis Electo Imperatori Carolo, sem-  
per Augusto, Orthodoxo, & pacifico, ac  
omnibus Regibus, RPublicis, & Princi-  
pibus nostris, multi anni.
- Resp.* Pium, & Christianum Imperatorem, Domi-  
ne, conserva: Imperator cœlestis, terrenos  
Reges, rectæ fidei conservatores, custodi.
- Episc.* Eminentissimis, ac Reverendissimis Sanctæ  
Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, cum mul-  
tis annis, gloria, atque foelicitas.
- Resp.* Multos annos cum gloria, & foelicitate Do-  
minus concedat, ad Ecclesiæ suæ ornamen-  
tum, & defensionem.
- Episc.* Sanctissimis Episcopis, ceterisque hujus  
Concilii Patribus, vita, & foelix ad Eccle-  
sias suas reditus.
- Resp.* Præconibus veritatis, perpetua memoria:  
Orthodoxo Senatui, multi anni.
- Episc.* Sacrosancta Romana Synodus: ejus fidem  
confiteamur, ejus Decreta semper servemus.
- Resp.* Semper confiteamur, semper servemus.
- Episc.* His Decretis inhærentes, digni reddamur  
misericordiis, & gratia Primi, & Magni  
Supremi Sacerdotis Jesu Christi Dei; in-  
tercedente simul inviolata Domina Nostra,  
Sancta Deipara, Maria, & omnibus Sanctis.
- Resp.* Fiat, fiat. Amen, Amen.
- Episc.* Anathema cunctis Hæreticis.
- Resp.* Anathema, Anathema.



# E L E N C H U S MINISTRORUM CONCILII

## I.

### *Promotores Fiscales .*

Alphonfus Mariconda Ordinis S. Benedicti Congregationis Casinensis, Episcopus Triventinus.  
Fr. Antoninus Seraphinus Camarda Ordinis Prædicatorum , Episcopus Reatinus .

## II.

### *Secretarii .*

Franciscus Antonius Finy Archiepiscopus Damascenus , Episcopus Abellinensis , & Frequentinus .  
Michael Carolus de Althann SS. Præl. Domest.

## III.

### *Judices Querelarum , & Accusationum .*

Joannes Baptista Braschi Archiepisc. Nisibenus .  
Franciscus de Vico Episcopus Elufinus .

## IV.

*Judices Excusationum , & Recognitores electionum  
Metropolitanorum , an ritè factæ ab Episcopis ,  
Sedi Apostolicæ immediatè subjectis .*

Antonius Sanfelicius Episcopus Neritonensis .  
Alexander Dolfi Episcopus Fanensis .

## V.

*Magistri Cæremoniarum.*

Jo: Bapt. Gamberucci U.S.R. & Præl. Domest. SS.  
 Ignatius Reali .  
 Franciscus Bolza .  
 Venantius Philippus Pierfanti .  
 Placidus Eustachius Ghezzi .  
 Nuntius Sperandio .  
 Franciscus Diversini .

## VI.

*Notarii.*

Maphæus Nicolaus Farfetti Protonot. Apost.  
 Franciscus Adrianus Ceva Protonot. Apost.

## VII.

*Scribæ.*

Not. Jo: Dominicus de Rossi .  
 Not. Nicolaus de Rossi Angelini .  
 Not. Claudius Rota .

## VIII.

*Ostiaarii.*

Petrus Antonius Pagnoni .  
 Venantius Costaroli .

## IX.

*Theologi.*

Nicolaus Maria Tedeschi Archiepiscopus Apa-  
 meæ S. Congr. Rituum Secret .

P. Mag.

- P. Mag. Gregorius Selleri Ord. Præd. Sac. Pal.  
Apost. Magister.
- Raphael Cosmus Girolami S. C. Indulg. Secret.  
Abbas Angelus Guernieri Presbyter Januensis .  
Abbas Joseph de Saporitis, & Serrano Presbyter  
Gaditanus .
- P. Abbas Placidus Pezzancheri Ord. Cistercien.  
P. Darius Redaelli Ord. Cisterciensis .  
P. Donatus de Bugatis Ord. Cisterciensis .  
P. Fortunatus Tamburini Ord. S. Benedicti Con-  
greg. Casinen.
- P. Petrus Aloysius della Torre Ord. S. Benedicti  
Cong. Casinen.
- P. Augustinus Flores Ord. S. Benedicti Congreg.  
Monachor. Camaldulen.
- P. Joannes Rosso Procur. Gener. Cleric. Regul.  
P. Mag. Hyacinthus Maria Viviani Ordinis Præ-  
dicatorum , a Confessionibus Sanctissimi .
- P. Mag. Hyacinthus Amat de Gravefon Ordinis  
Prædicatorum .
- P. Mag. Jo: Benedictus Zuannelli Ord. Prædic. .  
P. Mag. Joannes Mazarines Ord. Prædic.  
P. Mag. Joseph Aloysius de Andujar Ord. Præd.  
P. Mag. Ferdinandus Augustinus Bernabei Ord.  
Prædicatorum .
- P. Franciscus Diaz Ord. Min. S. Franc. de Observ.  
P. Joseph Maria ab Eboria Ord. Min. de Observ.  
P. Mag. Joseph Maria Baldrati Ord. Min. Conv.  
P. Antonius Lucci Regens Ord. Min. Convent.  
P. Mag. Henricus Vaccari Ord. Min. Convent.  
P. Fran-

- P. Franciscus a S. Severino Ord. Min. Reform.  
 P. Felix a Roma Ord. Min. Reformatorum .  
 P. Franc. Antonius a Collelongo Ord. Min. Ref.  
 P. Mag. Fulgentius Bellelli Ord. Eremit. S. Aug.  
 P. Mag. Gaspar de Molina Assist. Gen. Hispan.  
 Ord. Eremit. S. Augustini .  
 P. Mag. Jo: Chrysofomus Bianchi Ord. Eremitarum S. Augustini .  
 P. Antonius à S. Clara Portugallien. Ord. Erem. S. Aug. Discalceat .  
 P. Mag. Philippus Maria Iturbide Ord. Carmelit.  
 P. Mag. Ignatius Oliviera Ord. Carmelitar.  
 P. Eustachius de Sancta Maria Ordinis Carmelitarum Discalceatorum .  
 P. Mag. Petrus Maria Pieri Ord. Servor. B. M. V.  
 P. Mag. Hieronymus Maria Allegri Ord. Servorum B. M. V.  
 P. Mag. Jo: Petrus Fancelli Ord. Servor. B. M. V.  
 P. Mag. Joseph Maria Nardi Ord. Servor. B. M. V.  
 P. Eusebius a Matrito Ord. SS. Trinit. Discalceat.  
 P. Dydacus de Revillas Hieronymianus .  
 P. Dominicus Antonius Briccialdi Soc. Jesu .  
 P. Aloysius Sparvieri Soc. Jesu .  
 P. Andreas Budrioli Soc. Jesu .  
 P. Vincentius Caravita Soc. Jesu .  
 P. Januarius Rey Soc. Jesu .  
 P. Emanuel de la Reguera Soc. Jesu .  
 P. Angelus Maria de Cruce Scholarum piarum.  
 P. Jo: Chrysofomus a S. Joseph Scholar. piarum.  
 P. Sebastianus Paoli Cler. Regul. Congr. Lucen.  
 P. Ca-

- P. Cajetanus Corazza Cleric. Regular. Minor.  
 P. Leo Bartolotti Cleric. Regul. Minor.  
 P. Alexander Buffi Cong. Orat. S. Philippi Nerii.

## X.

*Decretalistsæ.*

- Marcus Antonius Anfidei Archiepiscopus Damiatæ, S. Officii Assessor.  
 Thomas Cervini Archiepiscopus Nicomédiensis, Cong. Exam. Episcoporum Decanus.  
 Prosper Lambertini Archiepiscopus Theodosiæ, S. Congr. Concil. Secret.  
 Joseph Accoramboni Philipporum Archiepiscopus, Subdatarius.  
 Antonius Maria Pallavicini Archiepiscopus Nauptinus, Sac. Cong. Visit. Secret.  
 Nicolaus Xaverius Albini a Secretiori Cubiculo Sanctissimi, & Eleemosynarius.  
 Nicolaus de Simoni a Secret. Cubiculo SSm̃i.  
 Nicolaus Xaverius Santamaria a Secret. Cubic. SSm̃i.  
 Joannes Bortoni ab honoris Cubiculo Sanctissimi.  
 Cajetanus Ivones Parochus Romanus.  
 Abbas Elzearius Franciscus des Achards Præpositus Avenionensis.  
 Abbas Dionysius Pieragostini Archidiaconus Camers.  
 Franciscus de Espinosa delos Monteros Presbyter Granaten.  
 Alexander Advocatus Tozzi.  
 Antonius Advocatus Coloreti.

Boni-

Bonifacius Advocatus Spreti.  
 Carolus Advocatus Chiappolinus.  
 Dominicus Advocatus Georgius.  
 Dominicus Advocatus Urfaya.  
 Dominicus Maria Advocatus Bagnara.  
 Franciscus Maria Advocatus Gasparri.  
 Franciscus Maria Advocatus Pitoni.  
 Joseph Advocatus Ifoldus.  
 Joseph Chrysoftomus Advocatus de Sanctis.  
 Joseph Innocentius Advocatus de Fœlicibus.  
 Julius Cæsar Advocatus Fidi.  
 Macarius Advocatus de Valentibus.  
 Marcellus Advocatus Passari.  
 Nicolaus Advocatus de Marinis.  
 Stephanus Advocatus Vincenti.  
 Xaverius Advocatus Justiniani.

## XI.

*Historici, Chronologi, & Geographi Sacri.*

Franciscus Bianchini, SSm̃i Præl. Domest.  
 Justus Fontanini ) ab honoris Cubiculo SSm̃i.  
 Joannes Vignoli )  
 P. Abb. Cœlestinus Gagliani Congr. Cœlestinor.  
 P. Mag. Gerardus Capaffi Ord. Serv. B. M. V.  
 P. Gaspar Cerati Cong. Orat. S. Philippi Nerii.  
 P. Jacobus Laderchi ejusdem Oratorii.

*Decretorum Concilii*

F I N I S.

A P-

APPENDIX  
AD  
CONCILIUM ROMANUM.

R





# A P P E N D I X

A D

CONCILIUM ROMANUM.

ANNI MDCCXXV.

I.

## ISTRUZIONE

Per facilitare il metodo di ben' insegnare  
la Dottrina Cristiana.

*Cit. Tit. I. Cap. IV. pag. 6.*



ON basta dare il latte, quando il modo di porgerlo sia così disadattato, che non produca in chi'l riceve il desiderato nutrimento. Tal difetto hà la Santità di Nostro Signore riconosciuto con molto suo rammarico nella istruzione, che si fa della Dottrina Cristiana a' fanciulli; imperocchè, se bene i Parrochi non mancano sostanzialmente di somministrare il latte della Cristiana

*Ad Tit. I. De  
Sum. Trin. &  
Fid. Cat.*

pietà, coll'ammaestrarli nella medesima Dottrina, alcuni però lo fanno con modo così confuso, ed inetto, che sono cagione a' figliuoli, ò che no'l prendano bene, ò almeno, che lo prendano indigestamente, e con difficoltà. Onde, per ovviare a questo disordine di non poco momento, hà stimato necessario di prescrivere in questa Istruzione il metodo più facile, e più chiaro, col quale dovrasì per avvenire in tutte le Parrocchie insegnare la Dottrina Cristiana.

I. Ne' giorni di festa, stabiliti in questo Concilio Romano, il dopo pranzo, oltre al solito segno della campana della

Chiesa Parrocchiale, subito si manderà uno, o due figliuoli de' più diligenti, e divoti, secondo la grandezza della Parrocchia ( ed in loro mancanza il Cherico Parrocchiano ) che col campanello vadano per le strade dicendo: *Padri, e Madri, mandate i vostri figliuoli alla Dottrina Cristiana, altrimenti ne renderete stretto conto a Dio.*

II. Si eleggeranno due persone adulte delle più zelanti, e caritative, col titolo di *Pescatori*, che, havendo le bacchette in mano, vadano con piacevolezza ragunando i Figliuoli, e le Figliuole alla Dottrina, a' quali concede la Santità Sua *cento giorni d'Indulgenza* nella consueta forma della Chiesa, ogni qualvolta faranno questa opera di pietà; esortando a questo esercizio, così santo, le persone anche più nobili, e cospicue de' luoghi, acciò che più facilmente s'inducano gl' altri ad intervenire. In mancanza de' Laici, suppliranno i Cherici, e Preti della Parrocchia: e farà uffizio di questi stessi il fare, che i figliuoli nel tempo dell' esercizio siano colla dovuta modestia, e senza strepito in Chiesa.

III. Si divideranno in più Classi, secondo il numero, e capacità de' Parrocchiani, che sono obbligati ad intervenire alla Dottrina; facendo, che per ogni Classe siano otto, o dieci al più, distribuiti in modo di circolo, e ad ogni Classe presederà col titolo di *Maestro* un Sacerdote, o un Cherico, o altra persona delle più intendenti, e più pratiche nella Dottrina Cristiana; adoperandosi de' figliuoli medesimi, col deputare per *Maestro* quello della Classe Quarta alla Classe Terza, quello della Terza alla Seconda, e così delle altre.

IV. Si procuri, che siano le Classi almeno quattro per gli figliuoli, e quattro per le figliuole: nella I. delle quali si assegneranno per iscolari i principianti; e s'insegnerà da tutti uniformemente, esclusa ogni altra, giusta il comandamento di Clemente VIII. nella sua Costituzione *Pastoralis* dell' anno 1598. la Dottrina piccola del Bellarmino dal §. *Sete vos Cristiano?* sino alla dichiarazione del *Credo*. Nella II. Classe dalla dichiarazione del *Credo*, sino a' *Comandamenti di Dio*. Nella III. da' *Comandamenti di Dio* sino alle *Virtù Teologali, e Cardinali*. Nella IV. dalle *Virtù Teologali, e Cardinali* sino al fine. Essendovi poi molteplicità de' Parrocchiani da instruirsi, si moltiplicheranno le Classi, suddividendole, secondo il bisogno.

V. Si faranno tanti Cartelloni, quante sono le Classi, ne' quali scriverassi con lettere majuscole CLASSE PRIMA, CLAS-

CLASSE SECONDA, CLASSE TERZA, CLASSE QUARTA ; e distribuiti proporzionalmente i luoghi, si affigge-  
ranno sopra i medesimi Cartelloni, accioche ognuno sappia  
la sua Classe . Inoltre in un libretto si noteranno tutti que',  
che si stimeranno atti per la tale, e tale Classe . Ne si faranno  
passare dalla Classe inferiore all'altra superiore, se non que',  
che col parere de' Maestri si faranno benissimo impraticati  
delle cose, che s'integnano nella Classe inferiore .

VI. Gli Arcipreti, Parrochi, Rettori, o Vicarij Curati  
rispettivamente dovranno assistere, dirigere, e regolare  
tutte queste disposizioni . Ed accioche riescano col dovuto  
ordine, decoro, e con frutto, procureranno di essere colla do-  
vuta vigilanza tutti in tutte, e tutti in ciascheduna delle sud-  
dette Classi ; studiando di avere chi loro coadiuvi, con avvi-  
fare i loro Vescovi, se i Cherici, o i Preti faranno negligenti :  
e tacendo, la colpa si rovescierà a loro danno .

VII. Gli obbligati ad intervenire alla Scuola della Dottri-  
na Cristiana saranno i maschj da' sette anni fino a' quattor-  
dici, e le femmine da' sette fino a' dodici ; e se i Padri, e le  
Madri, ed i Padroni per gli Servitori, ed Operarij, faranno  
trascurati in mandarli, dopo la terza, e quarta monizione da  
farsi loro da' Parrochi, siano i medesimi trascurati sottoposti  
dal proprio Parroco all' interdetto personale, ad arbitrio pru-  
dente de' Vescovi . Se poi i Parrochi faranno conniventi, ed  
indulgenti ; soggiaceranno essi alla pena delle altrui man-  
canze .

VIII. Quando vi fossero però degli adulti, che non sape-  
fero bene i misterj più principali della nostra fede, e le cose  
più necessarie a conseguire l'eterna salute, restino i medesimi  
astretti, sotto la pena dell' interdetto dall' ingresso nella Chiesa,  
ad arbitrio pure de' proprj Vescovi, ad intervenire al Cate-  
chismo, o sia breve Istruzione, che si farà da' Parrochi, come  
appressò num. X. dopo il Vangelo della loro Messa Parrocchia-  
le, ò della Messa de' Cappellani . Si esortano però tutti, tanto  
huomini, quanto donne ad intervenire in Chiesa nel tempo  
di questo esercizio dell' intera Dottrina Cristiana ; con avver-  
tenza però, che le donne adulte si collochino in luogo distinto  
della Chiesa, separate totalmente dagli huomini ; concedendo  
Sua Santità *cento giorni d' Indulgenza* a quelli, che interverran-  
no, e *cento* a quelli, che insegneranno .

IX. L'esercizio dell' insegnare dovrà durare mezza hora :  
e per-

e perciò ciaschedun Parroco dovrà provvedersi di un' Orologio da polvere per suo regolamento. Terminata, che farà la mezza hora, si collocheranno i figliuoli, e le figliuole di ciascuna Classe non più in circolo, ma una parte in faccia all' altra, e si farà per un'altra mezza hora la disputa, la quale confisterà in fare, che un figliuolo, ed una figliuola interroghi l'altro, e l'altra: e fallando, sia corretto da' compagni più pratici della medesima Classe.

<sup>a</sup>  
Supra Tit. I.  
Cap. V.

X. Finita poi, che farà eziandio la disputa, si farà anche la Istruzione breve, che è stata ordinata a farsi ogni festa dopo il Vangelo delle Messe Parrocchiali<sup>a</sup>; cantandosi da due posatamente, e rispondendo tutti i Parrocchiani, che sono insieme in Chiesa, le cose seguenti nella materna lingua: cioè

1. Il segno della Santa Croce.
2. Il Credo.
3. L'Orazione Domenicale.
4. La Salutatione Angelica.
5. I Precetti del Decalogo.
6. I Precetti della Chiesa.
7. I sette Sacramenti.
8. Un' Atto di Contrizione.

XI. Per ultimo si reciteranno le Litanie della Beata Vergine coll' Orazione posta in fine della Dottrina del Bellarmino; siccome si dovranno ancor recitare le solite orazioni, prescritte dal medesimo, eziandio avanti di cominciare gli esercizi.

XII. Ed accioche tutto ciò sia noto ad ognuno, si ordina a' Parrochi, e Curati, che ne facciano la pubblicazione tra la Messa Parrocchiale ne' primi tre di festivi, dopo la ricevuta del Concilio; e di più due volte l'anno nella prima Domenica del mese di Gennajo, e nella Domenica *in Albis*: e per ogni volta, che i Parrochi ne trasgrediranno l'osservanza, o in tutto, o in parte, siano corretti, e puniti, ad arbitrio de' loro Vescovi; come altresì gli altri Ecclesiastici, che destinati da' Parrochi, ricuseranno, o faranno mancanti nel far l'uffizio, loro prescritto, ed assegnato. Nella terza Sessione del Concilio Romano a' 29. Aprile 1725.

*F. A. Arcivesc. Vesc. d'Avellino, e di Frigento  
Segret. del Concilio.*

CON-

## II.

## C O N S T I T U T I O

S A N C T I S S I M I D O M I N I N O S T R I

## B E N E D I C T I P A P Æ X I I I .

Qua Præbendæ Theologalis, & Canonici Pœnitentiarum in Ecclesiis Cathedralibus Italiæ, Insularumque adjacentium, ubi non sunt, institutioni consulitur, cum aliis ordinationibus.

*Cit. Tit. I. Cap. VII. pag. 10.*

## B E N E D I C T U S

## E P I S C O P U S

## S E R V U S S E R V O R U M D E I

*Ad perpetuam rei memoriam.*

*fol. 9. et 111.*

**P**A S T O R A L I S officii nostri esse ducimus, assiduo, enixoque studio curare, ut universa Sacræ Tridentinæ Synodi Decreta ubique inviolabiliter observentur; sed eorum præ ceteris executionem strenuè promovendam, urgendamque Nobis esse arbitramur, ex quibus majorem in Ecclesia Dei utilitatem proventuram fore conspicimus, ac eos potissimum, quorum opus in prædicatione, & doctrina consistere debet, ut cunctos adificent tam fidei scientiâ, quam actionum disciplinâ, excitari maximè posse confidimus ad impensius frequentandam tantoperè necessariam Sanctarum Scripturarum lectionem, quas qui nescit, ut Beatus Hieronymus admonet, nescit Dei virtutem, ejusque sapientiam; nam ignorantio Scripturarum, ignorantio Christi est.

*Ad Tit. I. De  
Sum. Trinit.  
& Fid. Cath.*

Cùm

Dispositio pro  
erectione Theo-  
logalis, & Pœ-  
nitentiariæ in  
Cathedralibus,  
& Collegiatis.

Cum itaque saluberrimo prædicti Concilii Tridentini Decreto, relato in *cap. 1. sess. 5. de reformat.* cautum sit, ut nedum in Ecclesiis Cathedralibus, sed in Collegiatis etiam Oppidorum insignium, in quibus Præbenda, aut præstimonium, seu stipendium pro Sacræ Scripturæ Lectoribus constitutum non reperitur, Præbenda quomodocumque, præterquam ex causâ resignationis, primò vacatura, ipso facto ad eum usum perpetuò constituta, ac deputata intelligatur; Et quatenus nulla, vel non sufficiens Præbenda foret, Locorum Ordinarii per assignationem fructuum alicujus simplicis Beneficii, debitis tamen ejus supportatis oneribus, vel per contributionem Beneficiatorum suarum Diocesum, vel alias, prout commodius fieri poterit, ita provideant, ut ipsa Sacræ Scripturæ lectio omninò habeatur: Verùm ejusmodi provida præfati Concilii dispositio in aliquibus Cathedralibus, sicut non absque gravi animi nostri dolore percepimus, hucusque neglecta, debitaque executioni demandata non fuerit; Hinc igitur est, quòd Nos illius executionem pro Pontificiæ vigilantia debito urgere intendentes, Motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuò valitura Constitutione sancimus, decernimus, & mandamus, ut in Cathedralibus quibuscumque Italiæ, Insularumque adjacentium, in quibus Præbenda Theologalis hætenus instituta non fuerit, Præbenda primò vacatura, post ejusdem præsentis Constitutionis publicationem, sive ad Nos, Sedemque Apostolicam, sive ad Ordinarium illius collatio, atque provisio pertineat, ipso jure, & absque ulla alia declaratione, sit, ac esse censeatur Præbenda Theologalis constituta. Volumus insuper, ut tam illa, quàm reliquæ omnes aliæ Præbendæ Theologicales hætenus constitutæ, & deputatæ conferri semper debeant Doctori in Sacra Theologia, vel qui infra annum Doctoralem lauream in eadem facultate suscipiat, & ceteroquin magis idoneo in formali concursu ab Examinatoribus renunciato, eo planè modo, quo Parochiales Ecclesiæ conferuntur. Hunc porrò in finem, quotiescumque ejusmodi Præbenda Theologalis conferenda erit, per Edictum publicum vocentur quicumque concurrere, & examini sese subicere voluerint, coram Episcopo, & quatuor Examinatoribus, etiamsi Synodales non sint, ab eodem Episcopo actu eligendis, ac deputandis, in Theologico tamen facultate Licentiatis, & valdè peritis, sive Secularibus, sive Re-

Modus collationis faciendæ.

+ Sec. 24. C. 16.

*Nota humana in Imoleni Canonicatus Theologalis  
n. April. 1753. cor. Molino.*

*Decis. 13. n. 13. cor. Panario. Jarnel. tom. 5. fol. 122.*

Regularibus, & illi, qui in ejusmodi concursu probatus, magisque idoneus renunciatus fuerit, Præbenda conferatur. Quoties autem Præbendæ collatio ad Sanctam Sedem spectabit, Episcopus ad Romanum Pontificem pro tempore existentem acta concursus transmittere teneatur, ut ipse vacantem Præbendam illi assignare, atque conferre possit, quem ceteris digniorem, & magis idoneum in Domino judicaverit.

Quòd si Episcopus primò vacaturam Præbendam contra formam in præsentì Constitutione præscriptam conferre præsumpserit, vel etiam in aliis occurrentibus casibus eandem formam observare neglexerit; illius collatio, atque provisio ipso jure nulla, & irrita, nulliusque prorsus roboris, vel momenti sit, ac esse debeat, ejusdemque Præbendæ dispositio statim devolvatur, & pertineat ad Sanctam Sedem, & Romanum Pontificem pro tempore existentem, à quo Doctore in Sacra Theologia conferetur.

Ceterum, ut fructus, quem Tridentina Synodus ex Præbendæ Theologalis institutione perceptum iri speravit, omnino re ipsâ, & cum effectu percipiatur, volumus, statuimus, & mandamus, tertiam partem proventuum dictæ Præbendæ Theologalis ab Episcopo distribui, & proportionabiliter applicari singulis Lectionibus Sacræ Scripturæ, quæ à Præbendato præscriptis diebus, & horis totius anni habendæ erunt, itaut si Præbendatus universas lectiones habuerit, assignatas distributiones integras absque ulla prorsus diminutione consequatur; Si verò in aliqua, vel pluribus lectionibus defecerit, distributiones neglectis lectionibus respondentes amittat, quæ in Sacrifiæ Ecclesiæ beneficium cedant, ac erogentur. In casu autem gravioris contumaciæ Præbendati liceat Episcopo deputare alium Theologum Sacerdotem Seculare, vel Regularem, qui jugiter supplendo ejusdem Præbendati vices, præfatis distributionibus potiatur.

Quoniam verò nonnulli Episcopi, sicut accepimus, ut propriæ incuriæ aliquod velamen obtendant, dilatæ erectionis ejusmodi Præbendæ Theologalis causam in tenuitatem, ac insufficientiam Præbendarum suarum Ecclesiarum rejicere solent; Nos omnem de cetero pretextum, sive excusationem è medio tollere, ac penitus eliminare volentes, Motu, scientia, ac potestatis plenitudine similibus decernimus, statuimus, atque præcipimus, quòd ubi Præbenda Theologalis, computatis etiam distributionibus quotidianis, ad annum

Collatio ab Episcopis contra hujus Bullæ dispositionem facta, irrita decernitur, cum devolutione ad S. Sedem.

Assignatio fructuum Præbendato, qui Sacrifiæ applicantur in casu neglectus officii.

Facultas tribuitur Episcopis quædam Beneficia uniendi, ad summam usque scutorum 60.

saltem redditum scutorum sexaginta monetæ Romanæ non ascendat, pro summa ad hanc Taxam conficiendam deficiente iidem Episcopi unire possint, & debeant eidem Præbendæ aliquod simplex Beneficium, cujus supplemento prædicta summa conficiatur, primò vacaturum in quocumque mense, & qualitercumque, ac quomodocumque Sedi Apostolicæ affectum, & reservatum, ita tamen ut à tali unione illa omnia Beneficia, quæ pro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Papæ Familiaribus, Nunciis Apostolicis, atque Prælati Congregationum, quibus iidem S. R. E. Cardinales interfunt, Secretariis in alia Constitutione ad promovendam Seminariorum erectionem novissimè per Nos conditâ peculiariter reservavimus, perpetuò reservata, & excepta sint, ac esse intelligantur, & quidquid secus fieri contingeret, ex nunc prorsus irritum, ac inane, nulliusque roboris, vel momenti esse, ac fore decernimus, & declaramus.

Eadem forma servanda in erectione Præbendæ Pœnitentiariæ.

Postremò quæcumque hætenus de Præbenda Theologica, & Sacræ Scripturæ lectione sancivimus, extendimus etiam, ac adamussim observari volumus, & mandamus (congrua tamen congruis referendo) quoad institutionem Canonici Pœnitentiarii in illis Cathedralibus, in quibus nondum fuerit institutus, ejusque honestam sustentationem, concursum, deputationem, omniaque alia ad illius officium pertinentia: & præter illa, quæ à Nobis superiùs disposita sunt, ea insuper, quæ Tridentina Synodus *cap. 8. sess. 24. de reformat.* de hujus Ministri qualitate, ætate, ac exemptione à servitio Chori constituit, exactè observari decernimus, præcipimus, & mandamus.

Clausula sublata, & Decretum irritans.

Decernentes etiam præsentem Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, ac obtinere, necnon præmissa omnia, & singula in illis contenta per eos, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, perpetuò inviolabiliter observari; Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quacumque potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ac autoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non



Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis quibuscumque, aliisque Apostolicis, etiam in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis ad favorem quarumcumque personarum editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus; necnon quorumvis Ordinum, Congregationum, Societatum, ac Institutorum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus: Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis, & quibusvis aliis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibus, & aliis decretis, vel aliis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum.

Ut autem præsentis Literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, seu earum exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque Generalis in Monte Citatorio, ac in acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari, sicque publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent: utque earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem ubique fides in judicio, & extrà adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Fides transumptis habenda.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum

Decretum præ-nale.

rum sanctionis, institutionis, præcepti, voluntatis, mandati, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo quinto, decimo quarto Kalendas Junii Pontificatus nostri anno primo.

P. M. Card. Prodat.                      F. Card. Oliverius .

Visa de Curia I. C. Archiepiscopus Amasenus.

Loco ✠ Plumbi .

L. Martinettus .

*Registrata in Secretaria Brevium .*

III.

B R E V E

Fel. Rec. CLEMENTIS PP. XI.

Quo a Cardinali Ursino Archiepiscopo Beneventano, de executione illius I. & II. Concilii Provincialis decreti, super Capitulorum Statutis efformandis, certiolem fieri mandat.

*Cit. Tit. II. Cap. V. pag. 16.*

*Foris:* Venerabili Fratri nostro Vincentio Mariæ Episcopo Portuensi S.R.E. Cardinali Ursino <sup>a</sup> nuncupato.

<sup>a</sup>  
*Nunc BENEDICTO XIII.*

*Intus verò:* CLEMENS XI.

*Ad Tit. II. De Const.*

**V**ENERABILIS Frater Noster, salutem, & Apostolicam benedictionem. Inter cetera, quæ in priori tua Provinciæ Beneventanæ Synodo anno 1693. celebrata, piè non minùs, quàm salubriter constituta fuerunt, *Tit. 2. de Constitutionibus cap. 5.* sancitum fuisse animadvertimus,

timus , ut Capitula , quæ Statutis carerent , ne , veluti na-  
ves fluctuantes , quovis vento circumferrentur , infra sex  
menses ea conderent , & suis Episcopis examinanda , atque  
probanda deferrent ; idemque Decretum in altera Provinciali  
Synodo , quàm subinde anno scilicet 1698. coegisti , *Tit. 1. de  
Constit. cap. 4.* instauratum fuisse perspeximus : etsi autem mi-  
nimè vereamur , quin pro eximio , ac abundè Nobis explorato  
zelo tuo providi ejusmodi , ac planè necessarij Decreti execu-  
tionem strenuè postmodum , ac sedulò promoveris ; quia ta-  
men ea de re certiores fieri maximè cupimus , ut exemplum  
ad alias etiam Provincias , ac Diœceses , quæ eadem indigent  
provisione , manare possit , propterea hisce nostris literis a te  
petimus , ut , an idem Decretum ab omnibus præfatæ Provinciæ  
Capitulis debitæ executioni demandatum revera fuerit , dili-  
genter inquiras , ac Nobis significes : nec interim prætermit-  
tas , si quæ Capitula illud exequi neglexisse compereris , ita  
urgere , ac instare , ut ab omnibus , quemadmodum par est ,  
ad effectum primo quoque tempore perducatur . Assiduum  
divinæ gratiæ incrementum , ac longam annorum seriem ab  
æterno Pastorum Principe tibi , Venerabilis Frater Noster ,  
enixè precamur , ut vigilantæ tuæ commissos populos ( quod  
hactenus egregiè præstitisti ) non tam doctrinæ verbo instrue-  
re , quàm bonorum operum exemplo ædificare diù possis . Ti-  
bique intimæ Nostræ benevolentæ pignus , Apostolicam be-  
nedictionem peramanter impertimur . Datum Romæ apud  
Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die secunda  
Aprilis 1715. Pontificatus Nostri Anno decimo quinto .

Joannes Christophorus Battellus .



## CONSTITUTIO

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

## BENEDICTI PAPÆ XIII.

Abbatibus Regularibus perpetuis, etiam solummodò ratione administrationis, injungens, atque præscribens, ut infra annum a die eorum electionis Episcopalem benedictionem suscipere teneantur. Cum aliis ordinationibus, & derogationibus opportunis.

*Cit. Tit. IV. Cap. Unic. pag. 19.*

## BENEDICTUS

EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

*Ad Tit. IV. De  
suppl. negligentia  
Prelator.*

**C**OMMISSI Nobis cœlitus Apostolici Ministerii sollicitudo Nos admonet, ut omnium quidem Christifidelium paternam geramus curam, sed eorum præsertim, qui contemptis illecebris seculi sub suavi Religionis jugo divinis sese obsequiis manciparunt, prospero statui, salubrique directioni, quantum Nobis ab Alto conceditur, prospicere studeamus, & si quid in regulari disciplina inordinatum, & absolum, vel a sacrarum Legum sensu alienum inter eos irrepisisset constiterit, Pontificiæ providentiæ, & autoritatis ope submovere, ac è medio tollere satagamus, quatenus ipsi vota sua Domino reddere in sanctitate, & justitia, ac in ea, quam ele-

elegerunt, tutioris vitæ ratione amplioribus in dies proficere valeant incrementis.

Cum itaque, sicut accepimus, Abbates Regulares perpetui, non quidem ratione tituli, quia ad triennium, vel sexennium, aut aliud limitatum tempus eliguntur, sed ratione administrationis, quia ab unius Monasterii regimine, expleto limitato tempore, transferuntur ad aliud, ab Episcopis, in quorum Diœcesibus sita sunt Monasteria, benedictionem obtinere, imò & petere negligant; Hinc est quod Nos gravi ejusmodi abusui pro Pastoralis officii debito opportunè consulere, ac providere cupientes, de nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & aliquot insuper Romanæ Curiae Prælatorum super hoc a Nobis specialiter deputatorum consilio, suadentibus etiam Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatibus in præfenti Sacro Concilio congregatis; necnon Motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac Nostra perpetuò valitura Constitutione injungimus, præcipimus, & districtè mandamus omnibus, & singulis Abbatibus Regularibus, licèt perpetuis solummodo ratione administrationis, ut præfertur, qui Monasteriis cujuscumque Ordinis, Congregationis, ac Instituti de cetero præficientur, ut infra annum a die eorum electionis computandum solemnem benedictionem ab Episcopis, in quorum Diœcesibus Monasteria consistunt, juxta Ritum in Pontificali Romano præscriptum, omnino suscipiant; vel saltem eam ter ab ipsis humiliter postulent, servata forma sancita in *cap. Statuimus de supplen. neglig. Prælator.* Quod si secùs fecerint, ab officio per annum sint ipso jure suspensi. Volumus tamen, & expressè declaramus, quòd ipsimet Abbates electi, durante præfato termino, ac interim omnia munia Abbatialia liberè, ac licèt exercere possint, & valeant; Quòdque Abbas semel benedictus iterum benedictionem petere, vel obtinere non teneatur, tametsi ad gubernium diverforum Monasteriorum, aliarum etiam Diœcesum, translatus extiterit.

Quoniam verò nonnulli ex prædictis Abbatibus Regularibus, Apostolicis, ut asseritur, muniti sunt privilegiis, quibus ampla ipsis tribuitur facultas suscipiendi benedictionem a quocumque, quem maluerint, Catholico Antistite gratiam, & communionem Sanctæ Sedis Apostolicæ habente; Nos justis, & rationabilibus adducti rationibus, Motu, scientia, ac pote-

Abbates Regulares perpetui in administratione, infra annum ab electione, benedicendi ab Episcopo Diœcesano.

Qui privilegia obtinent, ut a quocumque Antistite benedicantur, eos non nisi a Diœcesano Episcopo, vel a Metropolitanò, debere benedici decernitur.

pote-

potestatis plenitudine paribus, statuimus, atque decernimus, ut ejusmodi Abbates in posterum non a quocumque Antistite, sed a Diocesano tantum Episcopo, vel a Metropolitano, infra prædictum terminum, benedictionem omnino suscipere teneantur; Et quatenus ille, quem Abbas elegerit, tertio humiliter requisitus ipsi petitam benedictionem impertiri detrectet, aut negligat, tunc, & eo dumtaxat casu, eandem benedictionem a quocumque Catholico Antistite Abbas libere suscipere possit, & valeat, ac ita perpetuis futuris temporibus ubique servari volumus, & mandamus.

Quinam ab  
hujus Decreti  
observantia  
eximantur?

Ceterum ejusmodi Indulta exemptiva ab obligatione suscipiendi benedictionem a proprio Episcopo illis dumtaxat Abbatibus, quibus ab Apostolica Sede directè concessa fuerunt, juxta modum supra expressum, suffragentur: Reliquis autem Abbatibus, qui ea ex generali tantum Privilegiorum aliis Ordinibus, Congregationibus, vel Institutis concessorum communicatione sibi competere prætendunt, minimè suffragari posse, nec debere decernimus, & declaramus.

Specialium In-  
dultorum præ-  
servatio.

Quo verò ad Abbates, quibus a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris indultum fuit, ut a suis Superioribus Regularibus, vel ab eorum Prælati delegatis, benedictionem sumere possint: vel etiam per speciale Indultum Apostolicum concessum fuit, ut electi habeantur pro benedictis ab ipso Summo Pontifice, nihil omnino innovandum esse sancimus, & Apostolica, quibus gaudent, privilegia ubique inconcussè observari præcipimus, & mandamus.

Hortatio ad  
Episcopos, pro  
benedictione  
hujusmodi re-  
quirendos.

Univerfos demum Episcopos, atque etiam Archiepiscopos, a quibus benedictio tribuenda erit, eorumque Officiales, Assistentes, & Ministros quoscumque in Domino hortamur, ac admonemus, ut occasione similium benedictionum excutiant, ac prorsus emundent manus suas ab omni munere; quin etiam prædictis Præsulibus sub pœna Interdicti ab usu Pontificalium per annum vetamus, ac inhibemus, ne tam ante, quàm post easdem benedictiones, earumque intuitu, cujuscumque generis, aut speciei, etiam bellariorum, & comestibilium, munera, vel xenia, a quoquam recipere audeant; illisque, prætereà districtè injungimus, ut ab omni abstineant solemni pompa, quæ sumptus, quantumvis modicos, etiam prandii, secum ferat; Cùm ejusmodi sacræ functiones ab interna, solidaque potius Benedicentium, ac Benedicendorum religione, & pietate, quàm ab externa, & vana apparatus magnificentia debeant commendari.

De-

Decernentes præsentem literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod prædicti, & alii quicumque in præmissis interesse habentes, vel habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradus, Ordinis, Congregationis, ac Instituti existant, seu aliàs speciali notâ digni, illis non consenserint, & ad ea vocati, citati, & auditi, seu causæ, propter quas præsentem emanarunt, adductæ, & sufficienter justificatæ non fuerint, sive ex alia quacumque, quantumvis justa, legitima, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, ac enormissimæ læsionis, nullo umquam tempore impugnari, redargui, infringi, in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci posse; Sed semper firma, & efficacia existere, ac fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter, & inconcussè observari; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quavis præeminentia, dignitate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ac autoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, cum Decreto irritante.

Non obstantibus præmissis, &, quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Collegiorum, Ordinum, Congregationum, & Institutorum quorumlibet, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, usibus, styli, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus: Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, quibuscumque Ordinibus, Congregationibus, ac Institutis prædictis, eorumque Monasteriis, & Abbatibus sub quibusvis tenoribus, & formis, & cum quibuscumque etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus,

Derogationes.

T

etiam

etiam consistorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones, ac alia etiam speciali expressione digna præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, ac servatis respectivè habentes, hac vice dumtaxat, illis aliàs in suo robore permanens, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides præsentibus habenda.

Ut autem præsentis literæ ad omnium notitiam faciliùs deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, seu earum exempla, ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Flore de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari; sicque publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent: utque ipsarum præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis eadem prorsùs fides tam in judicio, quàm extra illud, ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Decretum contra temerantes.

Nulli ergò omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ voluntatis, sanctionis, præcepti, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo quinto pridie nonas Maii Pontificatus nostri anno primo.

P. M. Card. Prodatarius. F. Card. Oliverius.

Visa de Curia I. C. Archiepisc. Amasenus.

Loco ✠ Plumbi.

L. Martinertus.

*Registrata in Secretaria Brevium.*



V.

C O N S T I T U T I O  
S A N C T I S S I M I D O M I N I N O S T R I  
B E N E D I C T I P A P Æ X I I I .

Qua Locorum Ordinariis norma præscribitur coercendi Clericos Beneficiatos in habitu laicali incedentes , eisdemque Clericos teneri sub mortali ad restitutionem fructuum perceptorum decernitur , & declaratur , cum aliis ordinationibus . *fol. 242.*

*Cit. Tit. VI. Cap. II. pag. 22.*

B E N E D I C T U S  
E P I S C O P U S  
S E R V U S S E R V O R U M D E I

*Ad perpetuam rei memoriam .*

**C**ATHOLICÆ Ecclesiæ regimini per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam , nullo licet meritorum Nostrorum suffragio , præidentes , eò potissimum Apostolicæ vigilantæ studia dirigenda esse arbitramur , ut qui in fortem Domini vocati sunt , Ecclesiasticæque Militiæ nomen dederunt , ubique irreprehensibiles inveniuntur . Maximè siquidem ipsos decet vitam , moresque suos omnes ita componere , ut habitu , gestu , incesu , aliisque omnibus rebus nil , nisi grave , moderatum , ac religione plenum præferant . Quocircà Clericos quoscumque , præsertim verò Beneficia Ecclesiastica obtinentes , teneri Vestes honestas , & proprio congruentes Ordini semper deferre , ut per decentiam habitus

*Ad Tit. VI. De  
ætatē , & qua-  
litate præficien-  
dorum .*

extrinseci, morum honestatem intrinsecam ostendant, &, si fecus fecerint, etiam poenâ privationis Beneficiorum plectendos esse, Sacrae Tridentinae Synodi Decretis, pluribus Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum sanctionibus; providè, atque salubriter cautum est.

Constitutionis dispositio contra Clericos beneficatos, non incedentes in habitu, & tonsura Clericali.

Cum itaque, sicut non sine maximo animi Nostrae moerore, imò etiam horrore, percepimus, quorundam Clericorum Beneficia Ecclesiastica obtinentium audacia, & temeritas hodie eò usque processerit, ut in dedecus Ordinis Clericalis, Sacrorum Canonum contemptum, magnamque Animarum suarum perniciem incedere in habitu laicali minimè vereantur; Nos gravissimo huic abusui, & Christifidelium offensionis pro Pastoralis officii debito, quantum Nobis ex alto conceditur, opportunè consulere cupientes, de nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & aliquot insuper dilectorum Filiorum Romanae Curiae Prælatorum, quos ad id specialiter deputavimus, consilio, ac etiam Motu proprio, ex certâ scientiâ, & maturâ deliberatione Nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, hac Nostrâ perpetuò valiturâ Constitutione decernimus, statuimus, & mandamus, quòd Ordinarii locorum, ubi sita sunt Beneficia ejusmodi Clericorum Vestes laicales deferentium impudentiam canonicis remediis omnino coerceant, & hunc in finem non modò possint, sed etiam debeant contra ipsos procedere per citationes domi dimissâ copiâ, quatenus domicilium habeant in eorum respectivè Diocesi: sin minus per citationes ad valvas: Jurisque ordine ceteroquin servato sententiam declaratoriam privationis obtentorum Beneficiorum ipsos ferre, & pronunciare, ita tamen, ut eadem Beneficia juxta Constitutionem fel. recor. Sixti V. Prædecessoris Nostrae incipientem: *Cum Sacrosanctam*. Nostrae, ac Romani Pontificis pro tempore existentis collationi, provisioni, ac omnimodæ dispositioni reserventur, & reservata censeantur.

Pœna privationis beneficiorum, præcedente monitione.

Pœna amissionis fructuum, absque alia declaratione.

Præterea volumus, statuimus, & declaramus prædictis Clericis Beneficiatis in habitu laicali incedentibus minimè licere percipere, nec facere suos fructus, & proventus quoscunque suorum Beneficiorum cujuscumque generis, speciei, qualitatis, & valoris existant: quin etiam expressè decernimus, & sancimus ejusmodi Beneficiatos ex mero facto in cessu in habitu laicali, quamvis nulla præcesserit Ordinariorum, sententia declaratoria privationis Beneficiorum, quæ obtinent,

nent, imò etiam si nulla citatio, monitio, vel alius judicialis actus in eos fuerit institutus, ipso jure amissionis, & privationis fructuum prædictorum pœnam incurrere, ita ut illos ullo modo percipere, nec perceptos retinere, vel facere suos possint: sed ipsos absque ullâ prorsus diminutione ad commodum fabricæ Ecclesiarum, in quibus erecta sunt Beneficia, illico sub pœnâ lethalis culpæ restituere teneantur; a qua quidem restitutionis obligatione a nemine, præterquam a Nobis, & a Romano Pontifice pro tempore existente (sublatâ ceteris omnibus, etiam Pœnitentiariæ Apostolicæ officio, & Majori Pœnitentiaro condonandi facultate) eos absolvi, & liberari posse volumus, præcipimus, & mandamus.

Sublata, etiam Pœnitentiariæ, facultate condonandi.

Decernentes easdem præsentis literas, & in eis contenta quæcumque, semper firma, & efficacia existere, ac fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter, & inconcusse observari; sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quavis præ eminentiâ, & potestate fungentes, & functuros, sublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ac authoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostrâ, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo: necnon Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, Statutis, usibus, stylis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis aliâ firmitate roboratis: privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis quibuscumque sub quibusvis tenoribus, & formis, & cum quibuscumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis etiam motu, scientiâ, & potestatis plenitudine similibus, etiam Consistorialiter, ac aliis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum,

Clausulæ derogatoriæ.

verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones, ac alia etiam speciali expressione digna præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, ac servatis respectivè habentes, hac vice dumtaxat, illis aliàs in suo robore permanfuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Mandatum de præstanda fide præsentibus. Ut autem præientes Literæ ad omnium notitiam faciliùs deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, seu earum exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque generalis in Monte Citorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari; sicque publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatum, & personaliter intimatæ fuissent: utque ipsarum præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quàm extra illud, ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio pœnalis. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ voluntatis, sanctionis, præcepti, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo quinto, sexto Non. Maji, Pontificatus Nostri anno primo.

P. M. Card. Prodat.

F. Card. Oliverius.

Visa de Curia I. C. Archiepisc. Amasenus.

Loco ✠ Plumbi.

L. Martinettus.

*Registrata in Secretaria Brævium.*

CON-

## VI.

## C O N S T I T U T I O

S A N C T I S S I M I D O M I N I N O S T R I

## B E N E D I C T I P A P Æ X I I I .

Qua decernitur , & mandatur , ut in Italia , eique adjacentibus Infulis , Parochis Defunctorum , qui in Ecclesiis quorumcumque Regularium de cetero tumulabuntur , Quarta funeralis persolvatur . Cum aliis ordinationibus , & derogationibus opportunis .

*Cit. Tit. VIII. Cap. V. pag. 31.*

B E N E D I C T U S

E P I S C O P U S

S E R V U S S E R V O R U M D E I

*Ad perpetuam rei memoriam .*

**R**OMANUS Pontifex æqui, bonique supremus Assertor , auctoritatem a Christo per Beatum Petrum Apostolorum culmen sibi traditam intelligens , ut ex Agro Dominico pro temporum necessitate noxia evellat , & destruat , utiliaque plantet , ac ædificet , ea interdum , quæ a Prædecessoribus suis ob rationabiles , & justas causas olim sancita fuerunt , ubi in grave aliorum præjudicium , & detrimentum redundare cognoscit , atque dissidiis , & contentionibus fomentum præbere animadvertit , maximè inter Dei , & Ecclesiæ Ministros , quorum est evangelizare pacem , & quibus a Domino non aliud frequentius , neque enixius commendatur , quam ut

*Ad Tit. VIII.  
De Off. Judic.  
Ordin.*

ut pacem, ac unitatem diligant, moderari, & immutare, aliasque Pastoralis Officii sui partes desuper interponere solet, prout, rerum, locorum, temporumque circumstantiis maturè pensatis, discordiarum extinctioni, Ecclesiasticorum Ministrorum quieti, fidelium Animarum saluti, divinoque cultui conspicit salubriter expedire.

Constitutionis  
hujus motiva,  
lites, & contro-  
versia inter Pa-  
rochos, & Re-  
gulares super  
Quarta Funera-  
lium.

Sanè quamplures Romani Pontifices Prædecessores Nostri multiplicia, ac planè insignia considerantes merita Ordinum Regularium, qui militantem in terris Ecclesiam fortissimis omni tempore auxerunt præsiidiis, Viris nempe vitæ sanctitate, doctrinæ laude, ac Orthodoxæ Religionis zelo præstantibus, eidemque in Cœlis triumphanti eximii fulgoris lumina addiderunt, ipsos Ordines, eorumque Professores, plurimis fatis amplis indultis, & privilegiis benignè decorarunt; ac inter alia iis illud concesserunt, ut canonicam portionem, seu Quartam funeralium emolumentorum partem pro personis, quæ in eorum Ecclesiis sepulturam sibi eligerent, Parochis persolvere minimè tenerentur; ac ad majorem ejusmodi Privilegii firmitatem, sanctioni etiam a fel. rec. Clemente V. Prædecessore Nostro, editæ in Concilio Viennensi, & relatæ in Clementinâ *Dudum de Sepulturis*, necnon Concilii Tridentini Decreto, relato in *cap. 13. sess. 25. de reformat.*, prædictam Quartam Funeralem Parocho apertè reservantibus, non semel amplissimè derogarunt; Unde non acerbæ modò Parochorum querelæ, sed innumeræ etiam contentiones, atque lites inter eos, & Regulares super solutione ejusdem Quartæ diversis temporibus excitatæ fuerunt, quæ coram Ordinariis Locorum, & deinde in variis quoque almæ Urbis Nostre Tribunalibus, præsertim verò in Auditorio Palatii Nostri Apostolici, & in Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, præfati Concilii Tridentini Interpretum, magno partium studio, nec minori sumptuum incommodo discussæ, sicut accepimus, aliquandò ad favorem Parochorum, aliquandò autem ad favorem Regularium, pro diversis Causarum circumstantiis, atque vario Judicantium sensu, decisæ, ac definitæ fuerunt. Hæc porrò judicatorum, sententiarumque diversitas, cum nullam certam, ac determinatam constituerit regulam, in evenientibus casibus observandam, magnum planè fomentum, & ansam relinquit, imò & latam sternit viam, ulterioribus inter prædictos Regulares, & Parochos litibus, & controversiis, ex quibus ipsi, qui in domo Dei ambulare debent cum

cum consensu, novis de cetero perturbari diffidiis, novisque prægravari dispendiis possunt cum divini cultus detrimento, & scandalo plurimorum.

Quocirca Nos maximè expedire censentes, ut ejusmodi controversiæ, & lites ab Ecclesia Dei penitè arceantur, ac insuper, licèt universos Ordines Regulares, in quibus, nempe in Ordine Fratrum Prædicatorum, Nos ipsi plurium annorum spatio versati sumus, speciali paternæ charitatis affectu prosequamur, eosque, uti de Ecclesia, Catholica Fide, & Sede Apostolica optimè meritos præcipuo semper in honore, ac pretio, habuerimus, & habeamus; nihilominus considerantes exemptionem a solutione Quartæ Funeralis, præfatis Ordinibus a dicta Apostolica Sede concessam, modò vergere in maximum Parochorum præjudicium tum propter multiplicationem Conventuum, & Monasteriorum Regularium, tum etiam propter auctam devotionem, & consuetudinem Fidelium sepulturam eligendi in Ecclesiis prædictorum Regularium; ac ptoinde non modò consentaneum, sed etiam necessarium, arbitrantes, ut eorundem Parochorum, quibus ceteroquin Sacri Canones, & prisca Ecclesiæ disciplina apertè suffragantur, indemnitati opportunè consulatur, & antedicta Apostolica Privilegia ad æquitatis limites reducantur: Hinc igitur est, quòd Nos omnia, & singula memorata Privilegia exemptiva a solutione Quartæ Funeralis quibusvis Ordinibus, Congregationibus, ac Institutis Regularibus ab Apostolica Sede, ut præfertur, quandocumque, & quomodocumque concessa, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, ac de eorum tenore, & substantia satis superque instructi, de nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & aliquot etiam Romanæ Curiæ Prælatorum, a Nobis ad id specialiter deputatorum, consilio, suadentibus etiam Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatibus, in præsentì Sacro Concilio congregatis, ac insuper motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac Nostra perpetuò valitura Constitutione, præmissa omnia Privilegia quoad Quartam Funeralem tantum pro locis infra exprimendis moderamus, reformamus, ad viam juris reducimus, & quatenus opus sit, etiam revocamus, & abrogamus, neque cuiquam deinceps suffragari posse, vel debere decernimus.

Præterea motu, scientiâ, & potestatis plenitudine simili-

Regularium  
privilegia, super  
exemptione a  
Quartæ Funera-  
lis solutione, re-  
formantur, &  
ad viam juris  
reducuntur.

Quarta Funer-  
alis a Regula-  
ribus perfolven-  
da Parochis Ita-  
liæ, & Infularum  
adjacentium.

bus sancimus, statuimus, & mandamus, ut in Italia, eique adjacentibus Infulis, a die publicationis præsentis Constitutionis in futurum Parochis Defunctorum, qui in Ecclesiis quorumcumque Regularium prædictorum tumulabuntur, perfolvatur, & cum effectu tradatur Quarta Pars omnium Intorticiorum, & Candelarum, quibus Defuncti Cadaver in itinere ad Ecclesiam tumulantem associabitur, nec non omnium Intorticiorum, & Candelarum, quæ in eadem Ecclesia circa Cadaver, vel etiam in Altaribus in die funeris accendentur.

De quibus,  
quando, & quo-  
modo?

A prædicta tamen Quarta Funerale exceptæ intelligantur, & sint Candelæ, quas Sacerdotes, etiam Regulares, vel piarum Sodalitatum Confratres funus associantes, manualiter per viam accensas deferent. Quòd si funus non fieret in die tumulationis, sed ad diversam diem, vel ad aliud longius tempus differretur, Parocho nihilominus assignetur Quarta Pars omnium Intorticiorum, & Candelarum, quæ ipsamet peracti funeris die in Ecclesia, ubi Defunctus humatus fuit, circa Cœnotaphium, seu tumulum honorarium, atque etiam in Altaribus ejusdem Ecclesiæ, accensa fuerint. Hæc porro omnia, locum habeant, & exactè in posterum observentur, quotiescumque Defunctus extra suam Parochialem Ecclesiam tumuletur, vel exponatur, sive quia in Ecclesia tumulante, vel exponente Beneficium obtinuerit, sive quia ibidem Sepulchrum habuerit gentilitium, sive tandem quia in ea Sepulturam elegerit. Ceterùm sub prædicta Quarta Funerale comprehendi non intendimus, imò expressè ab ea excipimus legata Misarum, & Anniversariorum, hisque similia pia relicta ad favorem Ecclesiæ tumulantis, vel exponentis a Defuncto disposita; Circa quæ, ac omnia, & singula alia, de quibus in præsentis Constitutione mentio facta non fuit, Privilegia prædictis Regularibus Ordinibus ab Apostolica Sede concessa salva prorsus, illæsa, ac inviolata perpetuè permanere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inconcussè, ac irrefragabiliter observari debere volumus, decernimus, & mandamus. Ubi verò consuetudines legitimè probatæ, conventiones, concordiæ, vel statuta vigerent, quæ præfatis Parochis magis faverent, illisque pinguiorem prædicta Quarta emolumentorum funeralium portionem assignarent, ea in iis, in quibus videntur, locis inconcussè ab omnibus observari motu, scientia, ac potestatis plenitudine paribus, sancimus, præcipimus, & jubemus.

Misarum le-  
gata, hisque si-  
milia pia reli-  
cta, sub hac  
obligatione non  
comprehendun-  
tur.

Favorabiliora  
Parochorum ju-  
ra præservantur.

De-



Decernentes pariter præsentés literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quòd prædictorum Ordinum Regularium Superiores, vel quicumque alii in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, seu causæ, propter quas præsentés emanarint, adductæ, verificatæ, seu aliàs justificatæ non fuerint, vel etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, aut alio quovis prætextu, & ex quocumque capite, colore, & causâ etiam necessariò exprimenda, de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis Nostræ, vel alio quopiam defectu notari, impugnari, in toto, vel in parte rescindi, retractari, invalidari, in jus, vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversùs illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, aut quodcumque aliud juris, vel facti, gratiæ, vel justitiæ remedium, impetrari, seu eo impetrato quemquam uti, seu juvare in iudicio, vel extra nullatenus posse; sed eas semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, ac obtinere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter, & inconcussè observari debere; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum dicti Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, nec quorumvis Ordinum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia, roboratis Statutis, & Consuetudinibus, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros eisdem Ordinibus, ut præfertur, illorumque Superioribus, & Professoribus quibuscumque sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque etiam derogatoriarum derogatoriis, & aliis efficacioribus, & insolitis clausulis, &

Decretum, quæcumque in contrarium irritans.

Clausulæ derogantes.

Decretis irritantibus, etiam motu simili, & consistorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones, ac alia etiam speciali expressione digna præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, ac servatis respectivè habentes, hac vice dumtaxat, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Literarum hujusmodi transumptis fides adhibenda mandatur.

Ut autem præsentibus Literæ ad omnium notitiam faciliùs deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, seu earum exempla, ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curieque generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari; sicque publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent: utque ipsarum præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Personæ, in Ecclesiastica dignitate constitutæ, munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quàm extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Pœnæ contra hanc paginam temerantes.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Notarum voluntatis, declarationis, reformationis, moderationis, concessionis, assignationis, præcepti, sanctionis, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac B. Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo quinto, quarto Kalendas Maji Pontificatus Nostri Anno Primo.

P. M. Card. Prodatarius. F. Card. Oliverius.

Visa de Curia I. C. Archiepisc. Amasenus.

Loco ✠ Plumbi.

L. Martinettus.

Registrata in Secretaria Brevium.

## VII.

D E C R E T U M  
S. CONGREGATIONIS CONCILII

Circa Subcollectores , latum  
die 27. Februarii 1677.

*Cit. Tit. IX. Cap. III. pag. 34.*

**D**IE 27. Februarii 1677. Sacra Congregatio EE. S. R. E. *Ad Tit. IX. De Majorit. & obed.*  
Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ad occurrendum controversiis, ac querimoniis circa Subcollectores Spoliorum, aliosque Commissarios Camerae Apostolicae, praesertim Regni Neapolitani, ad eandem Sacram Congregationem delatis salubriter intenta, auctoritate etiam sibi a s. m. Clemente IX., & s. m. Clemente X., & SSmo D. N. Innocentio XI. tributa, praevia matura consultatione, statuit, ac decrevit, ut in posterum in singulis infra scriptis Dioccesibus videlicet; Aquinaten., Acerrarum, Aliphana, Avellin., Asculana in Piceno, Asculana in Apulia, Atrien., Bisacciarum, Bituten., Bituntina, Brundusina, Bellicastren., Boven., Carinolen., Calven., Cajacen., Casertan., Campanien., Capritan., Conversan., Cotronen., Castren., Castellaneten., Civitatis Ducalis, Campen., Cariatén., Fundana, Frigentín., Gardien., Gravinen., Gallipolitan., Iclan., Insulan., Juvenacen., Literen., Lavellen., Laquedonien., Motulen., Massalubren., Marturanen., Minerbinen., Monopolitan., Melphiten., Minoren., Marfican., Montis Marani, Montis Pelusii, Melphien., Murana, Nuscana, Nicoteren., Nucerna, Ostunen., Oritan., Ortonen., Pennen., Puteolan., Polignanén., Ravellen., Ruben., Roslanen., Rapollen., Reatina, Surrentina, Suessana, S. Agathæ, Satrianen., Stabien., seu Castri Maris Sarnen., S. Severi, S. Angeli Lombardorum, Trojan., Theanen., Thelesina, Trivicana, Tranen., Ugentin., Umbriaticen., Vican., Vulturarien., Vestan., Venusina, Valven., Vigilien., Venafrana.

Et in singulis pariter infra scriptis Locis exemptis, seu nullius

nullius Diœcesis, videlicet; Canusii, Cerignolæ, Cafalis novi, Cetrani, Centole, Castri S. Laurentii, Castellan., Carbonarien., Brosii, Fasân., Montis Virginii, Montis Casini, Marubii, Putignani, Rutiliani, S. Stephani de Nemore, SSinæ Trinitatis Caven., S. Angeli ad Fasânellan., S. Vincentii de Vulturno, Terlitii, & aliis, in quibus fortassè hæctenus Subcollectores deputari solitum fuit, unicus Subcollector;

In sequentibus verò, scilicet; Aprutina, Averfana, Arianen., Amalphitan., Alexanen., Aquilana, Baren., Bojanen., Bovinen., Bisinianen., Caven., Capuana, Complan., Cathacen., Hieracen., Hidruntina, Iternien., Larinen., Licien., Marforum, Nolan., Neritonen., Neocastren., Oppiden., Policastren., Potentin., Rheginen., Sorana, Sypontina, Sulmonen., Squillacen., S. Severinæ, S. Marci, Theatina, Termularum, Triventin., Tarentin., Tricaricen., & Tropien, duo tantum;

In sequentibus, nimirum: Acheruntin., & Matheranen. unicus, in Anglonen., Beneventan., Cosentin., Caputaquen., Cassanen., Miletan., & Salernitan., non plures, quàm tres, & in Neapolitana, decem Subcollectores, & non ultra, respectivè deputentur, & exerceant.

Ad evitandam autem confusionem remisit arbitrio Nuncii dividere, & assignare cuilibet Subcollectoris partem Diœcesis, seu Loca, intra quorum limites debeant in exercitio se continere.

Et ne semel in Subcollectores deputati necessitatem inducant multiplicandi alios Subcollectores renunciando Officium, licèt possint in eo continuare, & idonei sint, declaravit, nullum Subcollectorem post renunciatum Officium gaudere exemptione ab Ordinario, nisi laudabiliter exercuerit, saltem per duodecim annos.

Eos verò, qui in Officio, aut aliàs ita deliquissè comperti fuerint, ut a Nuncio amoveantur, & alii eorum loco deputentur, nullatenus exemptione hujusmodi gaudere; Et è contra illos, qui probè, ac fideliter se gesserint, velintque in Officio continuare, confirmandos esse a Nuntio, nec alios eorum loco deputari posse.

Præterea, attenta Subcollectorum hujusmodi multitudine, & causa a sa. me. Urbano VIII. in sua Constitutione 35. considerata, concedendi illis exemptionem, censuit expedire, ut Sanctissimus declaret ita esse intelligendam dictam Constitu-

fitu-

stitutionem, ut Subcollectores, terminato Officio, non gaudeant amplius exemptione, defuncto, vel alias deficiente Ordinario, in cuius tempore exercuerunt. Sicuti etiam declaravit illos, qui, licet in Subcollectores deputati fuerint, nunquam exercuerunt, minimè gaudere; Nec pariter illos, qui non resident in Dicecesi, pro qua sunt deputati, & Ordinarium certiorare debere Sac. Congregationem de dicta non residentia, ejusque provisionem expectare.

Generaliter verò Subcollectoribus exemptionem ab Ordinario in Civilibus non suffragari, nisi adesset in Dicecesi Judex a Nuntio deputatus, qui habeat tantummodo facultatem in Causis passivis, & nullo privilegio, aut exemptione gaudeat.

Quod verò attinet ad Substitutos, & Officiales Subcollectorum, declaravit, dd. Substitutos non gaudere exemptione, illam tantum concedendam esse uni tantum Notario pro quolibet Subcollectore in actu exercitii, & quoad Commissarios super illicitis negociationibus, aut ad alias Causas particulares deputatos non gaudere exemptione, nisi in actu exercitii, & tam Commissarios hujusmodi, quam Subcollectores, quando procedunt contra Denunciatos, vel alios Inquisitos de illicitis negociationibus, si ex Processu informativo constet de eorum innocentia, non posse illos cogere ad expensas ejusdem Processus, & Decreti absolutorii.

Et, quod majoris momenti est, ne pretextu hujusmodi Officii, cura animarum, servitium Ecclesiae, ac divini cultus, morumque honestas detrimentum patiantur, declaravit, Parochos in Subcollectores, aut Commissarios ad quascunque Causas particulares non esse deputandos, sicuti nec Pœnitentiarium, nec Theologum. Quod si post deputationem de aliqua Parochiali, aut Pœnitentiali, vel Theologali præbendis fuerint fortasse provisi, tunc minimè gaudere exemptione in concernentibus curam animarum, & respectivè adimplementum onerum ipsarum Præbendarum; & eadem ratione non gaudere Canonicos, & alios Beneficiatos Subcollectores in concernentibus servitium Ecclesiae, & adimplementum onerum ipsorum Canonicatum, & Beneficiorum, nec lucrari distributiones quotidianas, si non inserviant; Insuper teneri ratione Beneficiorum, quæ obtinent, ad publicas processiones accedere, solvere Cathedraicum, & subsidium charitativum, & interessè Synodo, ac visitationi, non tamen pluries, quam semel in anno. Possè verò solummodo cogi ab Ordinario ad exe-

exequendum visitationem in iis, quæ respiciunt cultum divinum, ipsumque Ordinarium posse procedere contra Subcollectores accedentes sine ejus licentia ad Monasteria Monialium, aut non servantes præceptum Communionis Paschalis, & contra percutientes Presbyterum, vel Clericum posse procedere ad declaratoriam excommunicationis ex cap. *Si quis suadente*, & si quando repererit aliquem Subcollectorem in publico concubinato vivere, certiorare debere eandem Sacram Congregationem, ac ipsum Nuntium, cujus partes erunt severè eos punire, ac privare Officio. Posse tamen eundem Ordinarium carceribus mancipare, ad Superiorum dispositionem retinendos, Subcollectores deprehensos in fragranti crimine, quod meretur pœnam corporalem, non tamen minorem relatione, dummodo statim de carceratione Nuntium certioret.

Item Administratores Locorum piorum in Subcollectores deputatos subesse Ordinario, quoad redditionem rationum administrationis: Nec posse Subcollectores a casibus Episcopo reservatis absolvi absque illius licentia, & nullum Inquisitum posse a Nuntio in Subcollectorem deputari, nisi de ejus absolutione constiterit.

Ut autem sciant Ordinarii, quos in Subcollectores, aut Commissarios debeant recognoscere, declaravit, Subcollectores teneri ostendere Ordinario suas commissiones, antequam illas exequantur; Commissarios verò particulares teneri, vel per literas patentes, vel privatas sui Superioris, aut alio modo certiorare Ordinarium de demandata jurisdictione.

Demum quatenus supradictæ declarationes, vel aliquæ illarum futuris temporibus non observentur, Sacra Congregatio voluit, incumbere locorum Ordinariis, ut pro eorum zelo, ac pastoralis sollicitudine quæcumque fecus audiverint, huic Sanctæ Sedi fideliter referant pro opportuna provisione obtinenda.

Et die 16. ejusdem facta de præmissis omnibus relatione eidem SSmo D. N. Innocentio XI. Sanctitas Sua declaravit, præcitatam Constitutionem fel. record. Urbani VIII. esse intelligendam juxta prædictam Sacræ Congregationis sententiam, & præsens Decretum, omniaque, & singula in eo contenta approbavit, & confirmavit, & inconculsè, ac inviolabiliter observari, & exequi mandavit, salva tamen semper ejusdem Sac. Congregationis auctoritate, omniaque, & singula

gula præfata declarandi, moderandi, & ampliandi, & in totum, vel in parte annullandi, & interpretandi.

Voluit tamen Sanctitas Sua, quòd præfenti Decreto, restricto ad Collectores, & Subcollectores Spoliorum Regni Neapolitani, per Nuntium Apostolicum deputatos, sive deputandos, derogatum, sive præjudicatum minimè censeatur reservationibus, & affectionibus Beneficiorum eorundem Collectorum, & Subcollectorum, resultantibus ex Regulis Cancellariæ Apostolicæ.

Ita reperitur in Regeſto S. C. C. & in fidem &c.

*Prosper Archiep. Theodosiæ Secret.*

Sequuntur aliquæ suprarelati Decreti declarationes, seu additiones, emanatæ a Congregatione particulari, deputata in Concilio Romano a SS.D. Nostro, sub die 23. Maji 1725.

*Cit. eod. Tit. IX. & Cap. III. in fine.*

**P**rimò: quòd in hac parte, scilicet in *S. Et quod majoris momenti*, in quo Decretum ejusdem Congregationis Concilii loquitur de Subcollectoribus, qui obtinuerunt postmodum Parochias, vel Præbendam Theologalem, seu Pœnitentialem, amplietur Decretum ipsum, & eidem addatur, prout nova hac declaratione additur, quòd tunc Subcollectorum officia illico cessent; & Thesaurarius, vel Nuncius Apostolicus alium deputare teneatur.

*Secundò.* Non posse Thesaurarium Generalem, & Nuntios in quacumque Diœcesi, etiam extra Statum Ecclesiasticum, literas Patentales Subcollectoribus in futurum concedere, nisi eis attestatio exhibeatur Curia Episcopalis, in qua de ipsorum bona vita, & moribus, ac eosdem nec inquisitos, nec processatos esse, testimonium feratur; quam attestationem & Thesaurarius, & Nuntius in actis conservare teneantur; aliàs Patentales literæ, quocumque alio modo concessæ, & expeditæ, nullæ sint, & invalidæ, itaut contra istos procedere possit Episcopus Ordinarius.

*F. A. Archiepisc. Episc. Abellinen. & Frequentin. Concilii Secret.*

CONSTITUTIO  
 SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI  
 BENEDICTI PAPÆ XIII.

Qua literæ Apostolicæ san. mem. Sixti V., Urbani VIII., & Innocentii XI., atque Decretum DD. Judicum querelarum, & Controversiarum Sacri Concilii Romani in favorem Abbatialis Ecclesiæ, & Abbatis Sacri Monasterii Casinensis Ordinis S. Benedicti amplissimè confirmantur: Necnon eandem Abbatialem Ecclesiam fuisse, & esse quasi Cathedrallem, & Abbati prædicto Jurisdictionem quasi Episcopalem in omnibus Diœcesis Casinensis Ecclesiis competiisse, & competere declaratur; Ac insuper Capitulo, Clero, & Populo Oppidi, seu Civitatis S. Germani, quoad novi Episcopatus erectionem, seu restitutionem, perpetuum silentium imponitur, cum aliis ordinationibus, & clausulis, atque derogationibus opportunis.

BENEDICTUS  
 EPISCOPUS  
 SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

*Ad Tit. De Majorit. & Obed.*

**Q**UOD inscrutabilis Divinæ Sapientiæ, atque bonitatis altitudo humilitati nostræ, meritis licèt, ac viribus longè impari, committere dignata est, Sacrosancti Apostolatus Officium a Nobis exigit, ut omnium quidem Ordinum Regularium, quorum in numero Nos ipsi jamdudum Sacrum Prædicatorum Institutum professi fuimus, paternam geramus curam, sed eos potissimum Pontificiæ dilectionis brachiis complectamur, foveamus, & traditæ Nobis cœli-



coelitus auctoritatis praesidio tueamur, unde uberes, atque suaves in militantem Ecclesiam fructus jugiter profluxisse, quotidieque profuere compertum est. Hos inter praecipuus sane locus jure debetur Ordini, quem magnus ille Occidentium Monachorum Parens, Catholicaeque Ecclesiae lumen, splendidissimum, Benedictus instituit, & per Alumnos suos a mari usque ad mare, & usque ad terminos Orbis terrarum mirifice propagavit. Cujus quidem Sacri, & religiosissimi Ordinis professores quam eximio universam Ecclesiam cunctarum Christianarum virtutum fulgore illustraverint, quamque praclare de Orthodoxa Religione, deque hac ipsa Sancta Sede omni tempore meriti fuerint, illustria Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum praeconia, & monumenta testantur. Quamobrem & charitatis stimulo urgemur, & justitiae lege compellimur praedicti Ordinis, & Congregationis praesertim Casinensis, ac Monasteriorum, illi subjectorum, felicem, prosperumque statum omni cura, & vigilantia provehere, eorumque bona, jura, & privilegia quaecumque facta testata, & illibata custodire, ac iis etiam, quae pro illorum indemnitate, & quiete recte, ac provide constituta fuisse comperimus, ut firmiter subsistant, & perpetuis futuris temporibus observentur exactius, Apostolicae confirmationis robur, atque munimen adjicere, quatenus eorundem Coenobiorum Monachi nullatenus, quae eos a religioso proposito, divinoque cultu avocet, praepediti, secundum regularia praefati Ordinis instituta, tranquillis mentibus, gratum Altissimo impendere possint famulatum.

Regularium, & praecipue Monachorum Ordo laudatur.

Expositum siquidem Nobis nuper fuit pro parte dilecti Filii Procuratoris Generalis antedictae Congregationis Casinensis, quod, licet Ecclesia Abbatialis Sacri, & celeberrimi Monasterii, a S. Benedicto in Monte Casino fundati, in Provincia Romana ab antiquissimo, ac immemorabili tempore Cathedralis, vel quasi, denominatione, & praerogativa gavisata sit, ejusdemque Monasterii Abbas, pro tempore existens, in ea, & aliis finitimis Ecclesiis, & Locis jurisdictionem Episcopalem, vel quasi exercere consueverit: Quam sane jurisdictionem, fel. rec. Sixtus Papa V. Praedecessor Noster praeceteris amplissime confirmavit per suas Literas Apostolicas, sub plumbo expeditas, tenoris sequentis, videlicet;

Antiquae Monasterii, & Abbatias Montis Casini praerogativa.

*SIXTUS* Episcopus Servus Servorum Dei. *Ad perpetuam rei memoriam. Benignitas Apostolicae Sedis consueta, ea, quae per*

Constitutio Sixti V. in illorum favorem.

Romanos Pontifices pro Religionis incremento, & decore facta fuisse noscuntur, libenter approbat, eisque Apostolici muniminis robur adjicit, illaque de novo concedit, prout conspicit in Domino salubriter expedire. Sanè pro parte dilectorum Filiorum Abbatis, & Conventus Monasterii in Monte Casino, Ordinis S. Benedicti Congregationis Casinensis, nullius Diœcesis, exhibita Nobis petitio continebat, quòd dictum Monasterium per diversos Romanos Pontifices Prædecessores Nostros multis, & variis gratiis, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, & indultis cumulatum, & decoratum fuit, illiusque Abbas, pro tempore existens, nemini subest, sed omnimodam jurisdictionem Episcopalem, ac proprium Territorium, ac jus congregandi Synodum habeat, prout illum congregasse, & in ea Examinatores elegisse, ac posse Concursum instituere, examinare, approbare, Oeconomos deputare, necnon Sacramentum Chrismatis contulisse, & Commissiones gratiarum Apostolicarum debitæ executioni demandasse constat, juxta declarationem Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Concilio Tridentino interpretando Præfectorum, desuper factam. Cum autem ea, quibus dictæ Sedis intercedit auctoritas meliùs observentur, ac proinde, sicut eadem petitio subjungebat, ipse Abbas, & Conventus cupiant præmissa omnia, dictæ Sedis patrocinio communiti; pro parte eorundem Abbatis, & Conventus Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eorum desiderio in præmissis annuere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur Abbatem, & singulares personas Conventus hujusmodi, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; necnon tenores omnium, & singulorum privilegiorum prædictorum, præsentibus pro expressis habentes; hujusmodi supplicationibus inclinati, omnia, & singula privilegia, immunitates, gratias, facultates, & indulta, præsertim conferendi Sacramentum Chrismatis, dummodo illud sit priùs per Catholicum Antistitem, gratiam, & communionem dictæ Sedis habentem, consecratum; Concursum pro conferendis Beneficiis Ecclesiasticis curatis in mensibus Apostolicis faciendi, ac Commissiones gratiarum, tam justitiam, quàm gratiam, etiam quoad Dispensationes Matrimoniales, concernentes, Abbati Monasterii Casinensis præsentis, sive suo Vicario Generali pro tempore directarum, debitæ executioni demandandi, aliæque desuper neces-

*necessaria, & opportuna faciendi, juxta decreta dicti Concilii, Apostolica auctoritate, tenore presentium approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quàm facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus. Necnon pro potiori cautela, moderno, & pro tempore existenti Abbati dicti Monasterii, vel suo Generali Vicario, ut, cum Parochiales Ecclesias jurisdictionis dicti Monasterii vacare contigerit, concursum instituere, examinare, approbare, & magis idoneos eligere, & Ecclesias hujusmodi legitimè conferre, ac in mensibus Nostri, & Successorum Nostrorum Romanorum Pontificum collationi reservatis, personas in concursu electas, Nobis, & dictæ Sedi pro collatione obtinenda significare, necnon Sacramentum Chrismatis, dummodo illud priùs sit per Antistitem prædictum consecratum, ut presertim, conferre, ac quascumque Literas Apostolicas, tam justitiam, quàm gratiam, etiam quoad dispensationes Matrimoniales personarum dictæ jurisdictionis, concernentes, sibi tamen, & nulli alteri dirigendas, debitæ executioni demandare liberè, & licitè valeat, juxta decreta ejusdem Concilii, dicta auctoritate tenore presentium concedimus. Decernentes ex tunc irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quibuscumque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, indulgiis, & Literis Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si de illis specialis mentio habenda foret, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ absolutionis, approbationis, & confirmationis, adjectionis, suppletionis, concessionis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo octuagesimo nono, Decimo Kalen. Martii, Pontificatus Nostri anno quinto.*

Ac ejusmodi jurisdictionis quasi Episcopalis intuitu recol. mem. Urbanus Papa VIII. Prædecessor etiam Noster. decrevit, & statuit, ut quæcumque Literæ Apostolicæ, gratiam, vel justitiam concernentes, & aliæ consimiles expeditiones ab Officialibus, & Administris Pontificiis dingi semper deberent

Ab-

Abbatī pro tempore existenti prædicti Monasterii Casinensis, five ejus Vicario in spiritualibus generali, & non alteri, prout in ejusdem Urbani Prædecessoris Literis, in forma Brevis expeditis, uberius continetur, quarum tenor est, qui sequitur, videlicet;

Urbani VIII. Constitutio, qua Literæ, aliæque expeditiones Apostolicæ, Abbati pro tempore Casinensi, vel ejus Vicario Generali, dirigenda statuuntur.

*URBANUS* Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam. *Exponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Abbas Monasterii Casinensis, nullius Diœcesis Provinciae Capuanæ, Ordinis S. Benedicti, quod aliàs fel. rec. Sixto Papæ V. Prædecessori Nostro pro parte tunc existentis Abbatis, & Conventus Monasterii hujusmodi exposito, quod dictum Monasterium per diversos Romanos Pontifices, etiam Nostros, tunc suos Prædecessores multis, & variis gratiis, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, & indultis cumulatum, & decoratum fuerat, illiusque Abbas pro tempore existens nemini suberat, sed omnimodam jurisdictionem Episcopalem, ac proprium Territorium, & jus congregandi Synodum habebat, prout illam congregasse, & in ea Examinatores elegisse, ac posse Concursum instituire, examinare, approbare, Oeconomos deputare, necnon Sacramentum Chrismatis contulisse, ac commissiones gratiarum Apostolicarum executioni demandasse constabat; juxta declarationem tunc existentium S.R.E. Cardinalium, Concilio Tridentino interpretando Præfectorum, desuper factam; idem Sixtus Prædecessor, supplicationibus Abbatis, & Conventus prædictorum inclinatus, omnia, & singula privilegia, immunitates, gratias, facultates, & indulta, præsertim conferendi Sacramentum Chrismatis, dummodo illud foret prius per Catholicum Antistitem gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habentem, consecratum: Concursum pro conferendis Beneficiis Ecclesiasticis Curatis in mensibus Apostolicis faciendi, ac Commissiones gratiarum Apostolicarum tam justitiam, quàm gratiam, etiam quoad Dispensationes Matrimoniales concernentes Abbati Monasterii Casinensis prædicti, five suo Vicario Generali pro tempore declararum, debitæ executioni demandandi, aliæque desuper necessaria, & opportuna faciendi, juxta Decreta dicti Concilii approbavit, & confirmavit. Necnon pro potiori cautela tunc, & pro tempore existenti Abbati dicti Monasterii, vel suo generali Vicario, ut, cum Parochialis Ecclesiæ jurisdictionis dicti Monasterii vacatio contingeret, concursum instituire, examinare, approbare, & magis idoneos eligere, ac Ecclesiam hujusmodi legitime conferre, & in mensibus, Romanorum Pontificum collationi reservatis, personas in Concursu electas Romano Pontifici, & Sedi prædictæ pro collatione obtinenda significare, necnon Sa-*  
cramen-

cramentum Cbrismatis , dummodo illud prius sit per Antistitem prædictam consecratum , ut præfertur , conferre ; ac quascumque Literas Apostolicas tam justitiam , quàm gratiam , etiam quoad Matrimoniales Dispensationes personarum dictæ jurisdictionis , concernentes , sibi tamen , & nulli alteri dirigendas , debita executioni demandare liberè , & licitè valeret , juxta Decreta dicti Concilii , concessit ; decernens irritum , & inane ex tunc , si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter , vel ignoranter contingeret attentari , & aliàs , prout in ejusdem Sixti Prædecessoris Literis , quarum tenores præsentibus pro sufficienter expressis haberi volumus , dicitur uberius contineri . Cum autem , sicut eadem petitio subjungebat , juxta Literarum hujusmodi tenorem , fuerint retroactis temporibus Commissiones gratiarum Apostolicarum prædictarum Abbati dicti Monasterii , seu Vicario generali a Dataria , Secretaria Brevium , Cancellaria , Pænitentiaria , & Camera Apostolica nostrarum Officialibus directæ , & illæ , quæ propter Subditorum jurisdictioni dicti Monasterii , vel expeditionum similium gratiarum ignorantiam , a dictis Officialibus , prædictæ jurisdictionis ignavis , interdum directæ fuerunt Episcopis vicinioribus , correctæ fuerint , & Abbati , seu ejus Vicario hujusmodi directæ , non absque tamen Abbatis , & Conventus prædictorum incommodo , quos de titulo , ejusque observantia docere , ac Subditorum prædictorum dispendio , quos novas propterea expeditiones solvere oportuerit ; quare ut similia incommoda , & dispendia in posterum evitentur , Nobis Abbas prædictus humiliter supplicari fecit , ut desuper opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur . Nos igitur Abbatem prædictum specialibus favoribus , & gratiis prosequi volentes , eumque a quibusvis excommunicationis , suspensionis , & interdicti , aliisque Ecclesiasticis sententiis , censuris , & pænis a jure , vel ab homine quavis occasione , vel causa latis , si quibus quomodolibet innodatus existit , ad effectum præsentium dumtaxat consequendum , harum serie absolventes , & absolutum fore censentes ; ac prædictarum Sixti Prædecessoris Literarum tenorem præsentibus pro expresso habentes , hujusmodi supplicationibus inclinati , dilectis Filiis Magistro Ægidio Ursino de Vicariis , ac Marco Aurelio Maraldo nunc , & pro tempore existentibus Nostris , & Romanorum Pontificum Successorum Nostrorum Dataris , & Brevium Nostrorum Secretorum Secretariis , nec non Cancellariam Apostolicam Regentibus , ac omnibus , & singulis aliis Datarie , Secretarie Brevium prædictorum , Cancellarie , Pænitentiaria , & Camera Apostolica Nostrarum Officialibus , ceterisque , ad quos  
spe-

spectat, & spectabit quomodolibet in futurum pro potiori cautela, & in executionem dictarum Sixti Prædecessoris Literarum, districte præcipiendo mandamus, ut ipsi, posthac quascumque tam justitiam, quàm gratiam, etiam quoad Dispensationes Matrimoniales concernentes, etiam in forma Brevis, ac in forma significavit, & collationum Beneficiorum in forma Dignum, & Gratiofa, ac Commissionum si in evidentem respectivè nuncupatarum, & absolutionum, aliarumque similium gratiarum, Literas Apostolicas, personarum infrascriptorum locorum, videlicet Civitatis S. Germani, Casalæ S. Basilii de Chaira, necnon S. Eliæ, S. Victoris, S. Petri in fine, S. Apollinaris, S. Andreae, S. Ambrosii, S. Georgii, S. Petri in Curulis, S. Angeli in Theodice, S. Salvatoris de Cucuratio, S. Petri de Avellana respectivè nuncupatorum, ac Vallis rotundæ, Bellimontis, Cerbarii, Teroculi, Rocchæ Evandri, Pignatarii, Vallis Frigidæ, Castris Novi, Pesculorum propè Iserniam, Vallis Regiæ, Civitella, Villetta, Pesculi Constantii, Serræ Monaceschæ, Faræ Filiorum Petri, & Citrarii, Castrorum, seu Terrarum, quæ, prout dictus, ut supra, Abbas asserit, ejus, & prædicti Monasterii Casinensis jurisdictionis, ac Diœcesis existunt, eidem moderno, & pro tempore existenti Monasterii hujusmodi Abbati, sive ejus Vicario in spiritualibus generali, & non alteri dirigant; decernentes ex nunc irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Apostolicis, & in Conciliis Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ, in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 30. Maji 1639. Pontificatus nostri anno xvi.

Præsumptio  
Capituli Collegiæ S. Germani, se a subjectione Cathedralis Montis Casini eximere contententis.

Nihilominus Capitulum, & Canonici Collegiæ Ecclesiæ Oppidi, seu Civitatis S. Germani antedictam Abbatialem Ecclesiam Montis Casini antiquis suis prærogativis exuere, atque spoliare contententes, illique, uti Cathedrali, vel quasi subesse

subesse detrectantes, anno 1676. hoc, & alia dubia proponi curarunt in Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium preposita, quæ iisdem dubiis ad Rotæ Nostræ Romanæ Auditorium pro Voto remissis, ibique diu accuratè discussis, & ad favorem Abbatialis Ecclesiæ resolutis, anno tandem 1681. Ecclesiam Collegiatam S. Germani esse, subjectam Ecclesiæ Abbatiali Montis Casini, eidemque Ecclesiæ S. Germani, ac illius Capitulo, & Canonicis super præmissis dubiis, & controversiis imponendum fore, & esse perpetuum silentium censuit, & declaravit. Decretum verò a prædicta Congregatione desuper editum, subinde a piæ memoriæ Innocentio Papa XI. Prædecessore itidem Nostro approbatum, confirmatumque fuit per suas Literas Apostolicas in forma Brevis tenoris sequentis, videlicet;

Decisio ad favorem Cathedralis.

*INNOCENTIUS* Papa XI. ad futuram rei memoriam. *Aliàs in causa jurisdictionis, quæ inter dilectos Filios Abbatem, & Monachos Monasterii Montis Casini Ordinis S. Benedicti ex una, & dilectos etiam Filios Capitulum, & Canonicos Collegiatæ Ecclesiæ S. Germani ex altera partibus pendebat indecisa, emanavit a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium preposita, Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet, In Causa Montis Casini Jurisdictionis vertente inter P. Abbatem, & Monachos Montis Casini ex una, & Capitulum, & Canonicos Collegiatæ Ecclesiæ S. Germani partibus ex altera, de, & super dubiis, & controversiis per hanc Sacram Congregationem Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium prepositam, partibus hinc inde in factis, & in jure informantibus, sub die 12. Martii 1676. referente Eminentissimo Castaldo, remissis ad Sacrum Auditorium Rotæ pro ejus Voto, eadem Sacra Congregatio, visis tribus Decisionibus per Sacram Rotam, utraque Parte informante, coram R. P. D. Albergato editis sub diebus 30. Aprilis 1677., 14. Aprilis 1679., & 27. Januarii 1681., visoque ejusdem Sacræ Rotæ Voto registrato in calce ultimæ Decisionis emanatæ, omnibus Auditoribus votantibus, reque maturè discussa, necnon pluries citato, & intimato Procuratore Capituli, & Canonicorum S. Germani, referente Eminentissimo Casanate in locum Eminentissimi Castaldi absentis subrogato, censuit, & declaravit, Ecclesiam Collegiatam S. Germani esse subjectam Ecclesiæ Abbatiali Montis Casini, eidemque Ecclesiæ S. Ger-*

Constitutio Innocentii XI. desuper expedita.

mani, illiusque Capitulo, & Canonicis super præmissis dubiis, & controversiis imponendum fore, & esse perpetuum silentium, prout præsentis Decreti vigore imponit. Romæ 14. Novembris 1681. G. Card. Carpineus. Loco † Sigilli. B. Panciaticus Secretarius. Cum autem, sicut dilectus Filius Procurator Generalis Congregationis Casinensis dicti Ordinis Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quò firmitus subsistat, Apostolicæ confirmationis Nostræ robore communiri plurimum desideret; Nos ipsius Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. Decernentes easdem præsentis Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die 22. Martii 1687. Pontificatus Nostri anno xi.

Novæ dicti Capituli, & Canonicorum petitiones, & querelæ in Concilio Romano expostæ.

Verùm Decisionibus Rotalibus, Decreto Congregationis, ejusque confirmationi Apostolicæ hujusmodi minimè acquiescentes prædicti Capitulum, & Canonici, necnon quidam alii turbolenti Incolæ S. Germani, Cleri, & Populi nomine, rursus, & quidem acrius instaurandam susceperunt in diebus Nostris rejectam petitionem; nam occasione Concilii Romani, quod, benedicente Domino, proximè celebravimus, Nobis, & Venerabilibus Fratribus Nostris ejusdem S. R. E. Cardinalibus, necnon Venerabilibus itidem Fratribus Jo: Baptistæ Archiepiscopo Nisibeno, & Francisco Episcopo Elusino Judicibus que-  
rela-



relarum , & controversiarum ejusdem Concilii , exhibuerunt , ac deinde etiam palam spargi curarunt nonnullos Libellos typis impressos , pluribus reertos contumeliis , quibus enixè , iummaque cum impudentia flagitabant , ut Jura quasi Episcopalia Abbati Montis Casini in Diœcesi Casinensi competentia supprimerentur , iisque ab ipso in perpetuum avulsis , Sedes Episcopalis , propriusque Episcopus in Oppido , seu Civitate , & Ecclesia S. Germani institueretur , vel , ut aiebant , restitueretur . Eorumdem verò Libellorum examine jussu Nostro a memoratis Præsulibus Judicibus deputatis diligenter peracto , rebusque expositis , qua par erat , maturitate discussis , iidem Judices suum desuper protulerunt Decretum , cujus tenor est , qui sequitur , videlicet ;

*Cum Sacrum Casinense Monasterium Auctoris sui , & Monachorum sanctimonia , atque Romanorum Pontificum beneficiis celebre , per quosdam Oppidi , Civitatis nuncupati S. Germani Incolas , Cleri , & Populi nomine , libellis pluribus contumeliis refertis , ac palam sparsis , & exhibitis Sanctissimo Domino Nostro occasione Sacri Concilii Romani , ac Nobis , uti Judicibus querelarum , & controversiarum in eodem Concilio , in eum finem impetitum fuerit , ut supprimerentur Jura quasi Episcopalia Abbati Montis Casini in Diœcesi Casinensi competentia , iisque perpetuò ab eodem avulsis , Sedes Episcopalis institueretur , sive , ut pretendunt , restitueretur , ac proprius Episcopus in Civitate , & Ecclesia S. Germani crearetur : Nos Judices prædicti , maturo desuper pro rei gravitate habito examine , comperimus , querelas expositas contra Abbatem Casinensem , ejusque Monachos , fuisse , & esse insubsistentes , & contumeliosas , & tamquam tales rejiciendas , & proscribendas , perpetuumque silentium , quoad Episcopatus erectionem , sive , ut pretendunt , restitutionem , aliaque in eisdem libellis contenta , Clero , & Populo , ac Particularibus S. Germani , præsentis nostro Decreto imponimus , ac impositum esse volumus , prout latius in Literis Apostolicis in calce hujus Concilii apponeudis constabit . Romæ in Ecclesia Lateranensi 18. Maji 1725. Jo: Baptista Archiepiscopus Nisibenus Judex querelarum , & controversiarum Sacri Concilii Romani . Franciscus Episcopus Elusinus Judex querelarum , & controversiarum Sacri Concilii Romani .*

Decretum contra recurrentes ipsos latum a Judicibus Concilii .

Post hujusmodi Decreti publicationem , etsi præfati S. Germani Incolæ ab injusta , ac planè audaci petitione destiterint , & Nos in novissima Præsynodali Congregatione eorum impudentiam palam arguere , & improbare , simulque Ordinem

Constitutionis hujus motiva .

maximè venerabilem, & tanti nominis Monasterium digna laude prosequi non omiserimus, contumelias tamen, quibus ejusdem Monasterii Abbatem, & Monachos proscindere, eorumque existimationem, ac honorem lædere ausi fuerant, impunitas dimittendas non esse censuimus, cum res ad exemplum pertinere videretur, & oporteat, quemadmodum B. Gregorius admonet, *canonica ultione, quando quid tale committitur, coerceri, ne facinus, cum aliorum peccato parcitur, vires ex dissimulatione percipiat*. Jussimus itaque, & curavimus, ut ejusmodi criminis participes, & conscii merita plecterentur pœna ad emendationem: parati tamen congruo tempore Apostolicam lenitatem, & mansuetudinem exhibere correctis, cum, ut idem B. Gregorius advertit, *plus misericordiae, quàm districta Nos conveniat operam dare justitiæ*.

Nunc autem considerantes, præfatum Casinense Monasterium nullius Diœcesis Provinciæ Nostræ Romanæ, utpote diuturno Fundatoris sui, usque ad obitum incolatu consecratum, & ab ipso promulgatione regulæ, miraculorum splendore, sui que tandem sacri Corporis deposito decoratum, & Caput Ordinis constitutum, magno semper in honore, ac pretio apud omnes, præsertim verò apud Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, qui non semel ad benedicendum Abbatem in proprio Monasterio personaliter accesserunt, eorumque exemplo Nos ipsi nuper dilecto Filio Sebastiano Gadaleta electo ejusdem Monasterii Abbati, statò ritu, in Ecclesia S. Calixti de Urbe benedictionis munus solemniter impertivimus, extitisse, atque meruisse, ut ab eis conspicuis augetur beneficiis, & privilegiis, ac sub immediata Sedis Apostolicæ superioritate, & patrocinio susciperetur; Ac insuper comperit habentes a Monachis ibidem degentibus, omnia, quæ ad eorum regularia Instituta pertinent, laudabiliter observari, sacrarum Literarum studia sedulò exerceri, divinumque in primis cultum summa cum religione peragi, quemadmodum propriis inspeximus oculis, dum in minoribus constituti illuc Sanctuarium adeo celebre devotionis gratia visitaturi perreximus; Et propterea eorundem Prædecessorum Nostrorum exemplo, antedicti Monasterii Casinensis, ejusque Abbatialis Ecclesiæ, & Abbatis pro tempore existentis prærogativas, præminentias, & jura quæcumque inconcussa, ac inviolata perpetuis futuris temporibus servari, atque custodiri cupientes; & Procuratoris Generalis ipsius Congregationis Casinensis

Solemnis Ab-  
batis Montis  
Casini benedi-  
ctio.

nenſis votis hac in re , quantum cum Domino poſſimus , favorabiliter annuere volentes , eamque a quibuſvis excommunicationis , ſuſpenſionis , & interdicti , aliique Eccleſiaſticis ſententiis , cenſuris , & pœnis a jure , vel ab homine quavis occaſione , vel cauſa latis , ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit , ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum , harum ferie abſolventes , & abſolutum fore cenſentes , ſupplicationibus ejus nomine ſuper hoc Nobis humiliter porrectis inclinati , præinferas Sixti , Urbani , ac Innocentii Prædeceſſorum Litteras Apoſtolicas , & in illis contenta quæcumque , necnon præinferum Judicum querelarum , & controverſiarum prædicti Concilii Romani Decretum , auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ampliffimè approbamus , & confirmamus , ac ipſis perpetuæ , & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis vim , robur , atque munimen adjicimus , illasque , & illud iis , ad quos ſpectat , & pro tempore quandocumque ſpectabit , pleniffimè ſuffragari , ac ab omnibus aliis reſpectivè perpetuis futuris temporibus inconcuſſè , & inviolabiliter obſervari debere præcipimus , decernimus , & mandamus .

Preterea æquum , juſtumque arbitantes , ut antedictum Caſinenſe Monafterium , ejuſque Abbas , & Monachi nunc , & pro tempore exiſtentes ab ulterioribus in poſterum litibus , moleſtiis , & vexationibus penitus eximantur , eorumque ſtatu , paci , & tranquillitati plenius , atque uberius conſultum ſit , Motu proprio , ex certa ſcientia , ac matura deliberatione Noſtris , deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine , Eccleſiam Abbatialem præfati Monafterii fuiſſe , & eſſe quaſi Cathedralem Diœceſis Caſinenſis , eique ceteras omnes tum S. Germani , tum etiam aliorum locorum Caſinenſis Diœceſis Eccleſias , tamquam membra capiti , ſubjectas fuiſſe , & eſſe ; Necnon antedicti Monafterii pro tempore Abbati competiſſe , & competere Jura quaſi Episcopalia , non modò in omnibus memoratis Eccleſiis , verùm etiam in univerſo Clero , & Populo , & locis quibuſcumque prædictæ Diœceſis , juxta memoratas Sixti , Urbani , ac Innocentii Prædeceſſorum Conſtitutiones , tenore præſentium ſtatuímus , decernimus , & declaramus ; & , quatenus opus ſit , & non aliàs , præfata Abbatialem Eccleſiam de novo quaſi Cathedralem conſtituímus , illicque omnes , & ſingulas ſupradictas Eccleſias omnimodè ſubjicimus , ac ipſius Abbati pro tempore exiſtenti quaſi Episcopalem in univerſas Eccleſias , Clerum , & Populum , & loca quæcumque univerſæ Diœ-

Abſolutio a  
Cenſuris .

Prædictorum  
omnium confir-  
matio .

Nova etiam  
omnium conſti-  
tutio , & con-  
ceſſio .

De Abbatis benedictione in futurum remiffivè ad Concilii Romani Decretum.

Dioecesis Casinensis Jurisdictionem, etiam de novo, in perpetuum concedimus, attribuimus, & assignamus, & pro concessâ, attributa, & assignata ab omnibus haberi volumus, & mandamus. Quo verò ad solemnem benedictionem Abbatum futurorum ejusdem Casinensis Monasterii, Decretum antedicti Nostri Concilii Romani, & legem a Nobis inibi præscriptam servari volumus.

Impositio perpetui silentii.

Ad hæc, ut omnis ansa, atque fomentum quibuscumque ulterioribus dissidiis, & contentionibus præcidatur, Capitulo, & Canonicis prædictæ Collegiæ Ecclesiæ, necnon reliquo Clero, Universitati, Hominibus, & Populo præfati Oppidi, seu Civitatis Sancti Germani, quoad petitam, ac, ut præfertur, rejectam Episcopatus, & Cathedralis erectionem, seu restitutionem in eadem Collegiata Ecclesia Sancti Germani, perpetuum silentium Apostolica autoritate tenore præsentium imponimus, & impositum esse volumus: illis omnibus districtè præcipientes, ac inhibentes, ne de cetero memoratos Abbatem, & Monachos super hujusmodi præsentâ erectione, seu restitutione vexare, inquietare, perturbare, ullave amplius molestia afficere audeant, seu præsumant, sub pœnis Nostro, & Romani Pontificis pro tempore existentis arbitrio infligendis; ac ita perpetuis futuris temporibus observari debere sancimus, decernimus, & mandamus.

Decreta roborantia, cum clausula sublata.

Decernentes pariter, easdem præsentés Literas semper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, ac fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, ac nullo umquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa, quantumvis legitima, & juridica, etiam ex eo, quòd aliqua ex præmissis, narratis, ac expositis non subsisterent, & Capitulum, & Canonici d. Collegiæ Ecclesiæ S. Germani, & quicumque alii cujuscumque gradus, & conditionis existant, in præmissis omnibus, & singulis, & circa ea quomodolibet, & ex quavis causa, ratione, titulo, & occasione jus, vel interessè habentes, seu habere prætendentes, illis non consenserint, aut ad ea vocati, & auditi, & causa, propter quas eadem præsentés emanaverint, in Consistorio Nostro, vel alibi, vocatis vocandis, & præviis debitis tractatibus, ac servatis, & adhibitis solemnitatibus, & aliis de jure, vel consuetudine, vel juxta Constitutiones, & Ordinationes Apostolicas, aut Ecclesiæ prædictæ statuta, privilegia, & indulta, etiam confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roborata.

borata, aut aliàs quomodolibet requisitis, & in similibus necessariis, examinata, verificata, ac justificata non fuerint, de subreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut jus, vel interessè habentium consensus, aut quolibet alio, quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, & inexcogitabili, ac specificam, & individuum mentionem, aut expressionem requirente, defectu, sive etiam ex eo, quòd in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, & quævis alia de jure servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite a jure, statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque colore, prætextu, ratione, vel causa, etiam in corpore juris clausa, & quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, & tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariò exprimenda foret, aut quòd de voluntate Nostra, & aliis superius expressis nullibi appareat, nec aliàs probari possint, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversùs illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet, etiam motu simili concessio, vel impetrato, aut emanato uti, seu se juvare in judicio, vel extra posse, neque ipsas præsentis sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum, & dispositionum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & Successores Nostros Romanos Pontifices, pro tempore existentes, & Sedem Apostolicam prædictam, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ex quibuslibet causis, & sub quibuslibet verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam si in eis de eisdem præsentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fieret, pro tempore factis, & concessis, ac faciendis, & concedendis comprehendere, sed tamquam ad majus bonum, & Ecclesiasticarum Personarum prædictarum quietem, ac pacem tendentes, semper, & omnino ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant, statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data quan-

quandocumque eligenda concessas esse, & fore; sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac prædictæ S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, aut V. Legatos, dictæque Sedis Nuncios, aut alios quoscumque quavis autoritate, potestate, prærogativa, & privilegio fungentes, ac honore, & præminentia fulgentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & autoritate, in quocumque judicio, & quacumque instantia judicari, & definiri debere, & si secus super his a quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, ac inane decernimus, & declaramus.

Contrariorum  
derogationes. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet editis, vel edendis, etiam in Synodalibus, Provincialibus, universalibusque Conciliis specialibus, vel generalibus, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac prædictarum Ecclesiarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, styli, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, illis, earumque Superioribus, & personis, ac locis quibuscumque, etiam specifica, & expressa, ac individua mentione dignis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac quibusvis etiam derogatarum derogatoris, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam motu pari, ac consistorialiter, aut aliàs quomodolibet, etiam iteratis vicibus in contrarium præmissorum concessis, approbatis, confirmatis, & innovatis, etiam si in eis caveatur expressè, quòd illis per quascumque Literas Apostolicas, etiam motu simili, pro tempore concessas, & quascumque etiam derogatarum derogatorias in se continentes clausulas, derogari non possit, neque censeatur eis derogatum; quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut quæcumque alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores,

res, formas, & clausulas, etiam quantumvis prægnantes, pias, & privilegiatas, præsentibus pro plenè, & sufficienter, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, insertis, expressis, & specificatis habentes, illis aliàs in suo robore permanfuris, ad præmissorum omnium, & singulorum validissimum effectum, hac vice dumtaxat latissimè, & plenissimè, ac sufficienter, necnon specialiter, & expressè, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque .

Nulli ergo omnino hominum liceat Nostram hanc paginam approbationis, confirmationis, declarationis, subjectionis, mandati, decreti, voluntatis, præcepti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo quinto, pridie Nonas Augusti, Pontificatus Nostri anno secundo.

Decretum pæ-  
nale .

**P. M. Card. Prodatarius. F. Card. Oliverius.**

.. Vifa de Curia J. Fontaninus .

Loco ✕ Plumbi .

L. Martinettus .

*Registrata in Secretaria Brevium .*



## IX.

## MOTUS PROPRIUS

Fel. Rec. SIXTI PAPÆ V.

*Sub die 29. Aprilis 1587.*

Circa revocationem officii Archivistæ Ecclesiastici generalis in Urbe, & confectionem Inventariorum, seu Platearum bonorum omnium, ad singulas Ecclesias, & loca pia quælibet spectantium in Italia.

*Cit. Tit. XII. Cap. I. pag. 38.**Ad Tit. De Fide Instrumentorum.**fol. 34.*

Intentio Pontificis.

**M**OTU proprio, &c. Provida Romani Pontificis circumspectio revocat interdum, justis suadentibus causis, atque abrogat ea, quæ, licet ab initio utilia fore viderentur, usus tamen, & experientia docet, nimium incommodi, nimium difficultatis, molestiæ, aut perturbationis afferre. Quod nuper in erectione Archivi generalis Ecclesiastici, in quo omnia Inventaria rerum, bonorum, ac jurium, & scripturarum, pertinentium ad Ecclesias, & pia loca, per universam Italiam constituta, recondere, & in Palatio Nostro Apostolico aservare meditabamur, rei ipsius difficultas satis apertè monstravit. Ideoque, &c. sicuti nuper audivimus, quòd in multis Ecclesiis, & locis, hujusmodi Archiva antiquitus instituta reperiuntur, & in nonnullis Italiæ Provinciis per Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Prælatos, & locorum Ordinarios, in visitationibus ordinariis, seu generalibus, quas in suis Civitatibus, Diocæsesibus, Districtibus, & Provinciis, ordinaria, vel alia auctoritate faciunt, inter alia, omnium bonorum mobilium, & stabiliùm, jurium, censuum, & reddituum, ad singulas Ecclesias, & quæcumque Beneficia Ecclesiastica, quas, & quæ visitant, spectantium, Inventaria, & Instrumenta conficere solent, & in eorum Curiis aservant: Idemque a reliquis etiam Episcopis, & Prælati per Italiam con-



constitutis , haud magno incommodo , labore , & negotio fieri posse sperantes , & aliis rationabilibus de causis , atque ad publicam quietem , & commodum universi Cleri secularis , & regularis totius Italiae , erectionem , & institutionem , tam Archivi generalis Ecclesiastici , quàm ipsius officii Archivista generalis &c. supprimimus , & extinguimus ; mandantes universis , & singulis Patriarchis , Primatibus , Archiepiscopis , Episcopis , Abbatibus , aliisque Prælatibus , & Præsidentibus Ecclesiarum , Monasteriorum , Universitatum , Collegiorum , & Præceptoriarum majorum , ac similium Ecclesiasticarum Dignitatum , quocumque nomine censeantur , secularium , & quorumvis Ordinum , ac Militiarum Regularium , Nobis , & S. Sedi Apostolicæ immediatè subjectorum , sive nullius sint Diocesis , sive aliàs quomodolibet exempta existant , dum tamen ordinariam in subditos , aut quasi Episcopalem jurisdictionem , de jure , & consuetudine , aut privilegio habeant , aut exercent , per Italiam constitutis , ut loco Archivi generalis Ecclesiastici , sic per Nos suppressi , ipsi , & eorum unusquisque , qui hætenus Inventaria hujusmodi non confecerunt , debeant omnino intra annum , a die , quo præsentis Nostræ ad eorum notitiam pervenerint , omnium , & quorumcumque bonorum immobilium , censuum , canonum , livellorum , proventuum annuorum , jurium , jurisdictionum , ac privilegiorum , & scripturarum , quæ eis , eorumque arbitrio , annotatione digna videbuntur , ad Ecclesias , Monasteria , Collegia , Universitates , Præceptorias majores , & Dignitates , quibus ipsi respectivè præsent , pertinentium , & in quorum possessione existunt , Inventaria diligenter conficere , & deinde quicumque eorum in regimine , seu administratione Ecclesiarum , Monasteriorum , Collegiorum , Universitatum , & Præceptoriarum majorum , seu in Dignitatibus hujusmodi successores fuerint , similiter intra annum , a die habitæ possessionis , similia Inventaria de novo conficere , seu renovare teneantur . Curent præterea , sine ulla impenia , gravamine , exactione , aut solutione suorum subditorum , per omnes , & singulos , qui vel eorum jurisdictioni , quomodolibet subjecti sunt , vel in eorum Civitatibus , Diocesis , & Districtibus respectivè existunt , etiamsi exempti , & pariter Nobis , ac dictæ Sedi immediatè subditi esse noscantur , Abbates , Præpositos , Priores , Vicarios , Guardianos , Abbatissas , Priorissas , & cujuscumque Ecclesiæ , vel pii loci , seculares , vel regulares , & alios , quocumque

Suppressio officii Archivista Ecclesiastici generalis in Urbe.

Inventaria bonorum omnium Ecclesiasticorum in Italia intra annū conficienda mandantur .

Renovanda similiter per singulos Successores in administratione .

Idem ut omnes , etiam exempti , adimpleant , curam Episcopis demandat .

cumque titulo, & nomine præfectos, utriusque sexus, bona stabilia, jura, census, redditus, & proventus quomodolibet possidentes, ceterasque personas Ecclesiasticas, quascumque Dignitates, personatus, administrationes, vel officia, aut Beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura, secularia, & quorumvis Ordinum Regularia, in quibusvis Ecclesiis, seu ipsas Parochiales, aut alias Ecclesias, in Titulum, vel Commendam, aut aliàs quomodolibet obtinentes: Præceptores quoque minores, & alios, qui Beneficia quarumcumque Militiarum obtinent; denique per omnes, & quoscumque Administratores, Rectores, Custodes, Officiales, Operarios, & quocumque nomine nuncupatos Superiores quorumcumque Hospitalium, Sodalitatum, Confraternitatum, Seminariorum, Montium pietatis, Collegiorum, Studiorum generalium, fabricarum Ecclesiarum, & piorum, vel religiosorum locorum, etiam quæ per Laicos, seu Clericos, conjunctim, vel divisim regi, aut gubernari solent, per modernos quidem, intra eundem annum, ut præfertur, eorum verò singulorum pro tempore successores, etiam intra annum, ut dictum est, Inventaria hujusmodi bonorum, ac aliorum supradictorum, quæ eorum curæ, seu administrationi commissa sunt, similiter accuratè, & diligenter confici, & ad se deferri; eosque ad id per censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia sibi benevifa, cogant, & compellant. Ac demum Inventaria omnia prædicta, tam a se ipsis, quàm ab aliis confecta, similiter gratis, & sine ulla, etiam minima, impensa, aut exactione, in loco congruo, ad id deputato, ac tuto, & bene clauso, reponant, atque perpetuò custodiant, & conservent; laudabilemque hanc consuetudinem, ubi jam viget, prosequantur, ubi verò non est, quamprimùm introducant, &c. Non obstantibus præmissis, &c., ceterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis, & consuetis.

In proprio Archivo, ad id deputato, custodienda.

Derogationes in forma.

**Fiat. Motu proprio F.**

Et quod, &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, tertio Kal. Maji, anno secundo 1547.

## X.

## M E T O D O

Per la compilazione degl' Inventarj  
de' beni Ecclesiastici .

*Cit. Tit. XII. Cap. I. pag. 38.*

**I**N efecuzione di quanto dalla Santità di Nostro Signore si è prefritto nel prefente Concilio Romano , sotto il Titolo XII. *De Fide Instrumentorum, Cap. I.* intorno alla canonica formazione delle Platee , ò fiano Inventarj de' beni Ecclesiastici , giufta il Moto proprio della fel. mem. di Sifto V. , che comincia *Provida*, fpedito a' 29. di Aprile 1587. , d'ordine ancora della Santità Sua fi dà sotto gli occhj di ciafcun' obbligato a dover formare le Platee , ed Inventarj medefimi , il feguente Metodo , il quale , sotto la pena ftabilita nello fteffo Concilio , dovrà offervarfi puntualmente da tutti i Capitoli , fianfi di Patriarcali , ò di Cattedrali , di Chiefe Collegiate , ò Conventuali , da' Parrochi , Benefiziati , e Cappellani , da' Priori , Economi , Amminiftratori , e Procuratori de' Monafterj di Monache , e Confervatorj , di Conventi foppreffi , di Chiefe , Cappelle , Spedali , Confraternite , e Monti di pietà , ò di qualunque altro luogo pio , anche per qualfivoglia titolo , modo , e ragione efente , che fono , ed in avvenire faranno in qualfiffia Provincia , e Diocefi dell'Italia , e fue Ifole adjacenti . Sarà dunque cura de' fovranominati valerfi bene di tale Inffruzione , ed offervare puntualmente lo fteffo Metodo ; regiftrando con ordine , e diftinzione ogni cofa , giufta la partizione , che qui , sotto i proprj paragrafi , fi foggiugne .

*Ad Tit. de Fide  
Instrumentorum.*

*f. d. 178.*

## §. I.

*Del principio dell' Inventario , quando fi farà per mano di Notajo .*

*In nomine Domini nostri Jesu Christi . Amen .*

**Q**Uefto è l'Inventario di tutti i beni mobili , ftabili , femoventi , frutti , rendite , ragioni , azioni , e pefi di qualfivoglia forte della Chiefa Cattedrale , ò Collegiata , ò

Par-

Parrocchiale di S. N. nella Città di N. ò nella Terra di N. ò Castello N. nella Diocesi di N.

*E se sia Chiesa semplice, si dirà così:*

Della Chiesa di S. N. senza cura, nella Città di N. ò nella Terra, ò Castello, &c. della Parrocchia N. *come di sopra*, fatto sotto il dì ... del Mese .... dell'Anno .... per N. N. Rettore di detta Chiesa, e me infra scritto pubblico Notajo, nelle Case di detta Chiesa, scritto in presenza, e secondo la relazione, ed asserzione del prefato N. Rettore, ed ancora di N. e di N. huomini vecchj, ed informati dello stato di detta Chiesa, e Parrocchiani della medesima, mediante il giuramento, dato loro per me sudetto Notajo infra scritto, di dire, ed affermare la verità: i quali dicono, che la detta Chiesa non ha altri beni, nè altri frutti, rendite, ragioni, azioni, che le infra scritte, cioè, &c.

*E se l'Inventario si facesse nella Diocesi, si dirà così:*

In presenza di N. e di N. Sindaco, ed Eletto di detto luogo, mediante il giuramento, *come sopra*.

*E se non fossero Parrocchiali, per esser la Chiesa semplice, si dirà:*

In presenza di N. e di N. vecchj, ed informati, &c.

### S. II.

*Del principio fatto per mano del Rettore.*

**S**E l'Inventario sarà fatto per mano del Rettore, si dirà così:

Questo è l'Inventario di tutti i beni, mobili, stabili, femoventi, frutti, rendite, ragioni, azioni, e pesi di qualsivoglia sorte della Chiesa di S. N. nella Città di N. *come di sopra*, ovvero nel Castello di N. della Parrocchia N. fatto il dì ... del Mese .... dell'Anno .... per me N. N. moderno Rettore di detta Chiesa, con la presenza, ed assistenza di N. e di N. huomini vecchj, e Sindaco, ed Eletto di detto luogo, pienamente informati de' beni, frutti, rendite, ragioni, ed azioni. E sono le infra scritte &c.

## S. III.

*Del principio fatto per mano del Vicario , ò Cappellano .*

**E** Se l'Inventario sarà fatto per mano di un Vicario perpetuo , ò Vicario amovibile , ò Cappellano , si dirà nel medesimo modo , mutando il nome di Rettore , in Vicario , ò Cappellano di detta Chiesa .

Se poscia si facesse per qualche Confraternita , Monte di pietà , ò Spedale , offervansi le Regole stesse ; con aggiungere , che gli Amministratori co' Parrochi de' luoghi , e Vicarj foranei , dovranno sottoscrivere all'Inventario .

Prima di discendere alla descrizione della Chiesa , ò Altari di esso luogo , ed anche de' beni , si esprima da qual tempo , e con quale autorità fu eretto il luogo . Indi si notino i Canonici , ed altri Ministri , che presentemente servono alla Chiesa : ed i Fratelli della Confraternita &c. E poi si faccia , come appresso , con la dovuta proporzione .

## S. IV.

*Della descrizione della Chiesa .*

**F**atta l'intitolazione , ovvero il principio dell'Inventario , si comincerà a descrivere la stessa Chiesa , il suo Titolo , la sua situazione , ed i suoi confini , dicendo :

La suddetta Chiesa di S. N. è posta nella Città di N. al Rione N. , Parrocchia N. , ovvero è posta nella Terra di N. e Parrocchia di S. N. ovvero nel Castello di N. Parrocchia N. appresso la strada . . . . da un lato hà i beni di N. e dall' altro di N. e così dagli altri lati . Fù edificata l'Anno . . . . fù consagrada da Monsignor N. l'Anno . . . . Sono in essa Chiesa , Cappelle num. . . . Altari num. . . . scrivendoli tutti distintamente , ed esprimendo i Santi , a' quali sono dedicati , ed i luoghi , dove sono situati in detta Chiesa .

Indi si noterà distintamente la dote assegnata per la sua riparazione ; ovvero , se non bavrà assegnamento certo , si esprimerà , chi sia tenuto a contribuire la spesa per la riparazione , ò fabbrica , e per le suppellettili sagre .

**Dell' Archivio .**

S. V.

## §. V.

*Delle Cappelle , ò Altari dotati per obbligo di Messe .*

**E** Se dette Cappelle , ò Altari saranno dotati per Messe , si dirà : L'Altare , ò Cappella di S. N. fu fondata , e dotata da N. del tal luogo nell'Anno del Signore . . . con obbligo , che vi si dicano Messe . . . ò Anniversarj del tal tempo , come appare dallo strumento , rogato per N. pubblico Notajo sotto il dì . . . del Mese . . . nell'Anno . . . ò dalla Tabella , se non vi sia Istromento .

*Indi si scriveranno separatamente , come si è detta , i beni mobili , e stabili di dette Cappelle , ed Altari .*

*Se la Cappella , ò Altare non ha dote certa , assegnata per lo mantenimento [avvertasi , che quì non si parla di dote per Messe] si esprima chi deve contribuire a queste spese .*

## §. VI.

*Delle cose mobili della Chiesa .*

**F**atta la descrizione della Chiesa , delle Cappelle , e degli Altari , come di sopra , si scriveranno le cose mobili , e sagre , e non sagre , per celebrare i divini Uffizj , ed amministrare i santissimi Sacramenti ; avvertendo di scrivere non solo quelle , che sono in Chiesa , e sua Sagrestia , ma anche quelle , che fossero prestare ad altri , ò che si volessero dare da' Benefiziati delle cose proprie per limosina ; notando di esse non solo il numero , ma anche il peso , e la misura . Per esempio :

Pianete bianche di Damasco , &c. con cordicelle di oro num. due , ò quelle , che saranno . Dico Pianete num. 2

Pianete verdi , &c. e così d'ogni altra .

Un Calice con coppa d'argento , e piedi di rame liscio , ò come sarà , sopradorato , di libbre . . . e di oncie . . . Dico Calice 1

Tovaglie di Altare , numero una , di lenza , ò di che materia sarà , lunga palmi . . . larga palmi . . . nuova , ben condizionata , ( ò pur vecchia , straccata , ò come sarà ) con frangie , &c. merletti , ò lavori , se ne bavrà . Dico tovaglie 1

*E così di ogni altra cosa , che pesa pesarsi , ò misurarsi . E se il peso fosse tale , che non si potesse sapere puntualmente , come se fosse di Campane grandi , si potrà scrivere di pesi , ò libbre tante in circa ,*

*circa , ovvero annotarle per segni , ò lettere , che haveſero attorno , aggiungendovi il numero de' palmi , che faranno alte : come per eſempio :*

Una Campana grande alta palmi . . . . di libre . . . . con iſcrizione attorno . . . . , e con figure di . . . . benedetta l' Anno . . . . da Monſignor N. Dico Campana I.

*Avvertendo di ſcrivere le ſudette ſuppellettili col miglior' ordine , che ſia poſſibile , cominciando dalle più nobili , come dal Tabernacolo , Croci , &c. Si potranno valere dell'ordine , di cui il P. Gavanto nella ſua pratica della Viſita ſi vale al §. IX.*

#### §. VII.

*Delle coſe mobili della Caſa Parrocchiale , ò Benefiziale ,*

**F***atta la deſcrizione delle coſe della Chieſa , ſi faccia il medeſimo della Caſa Benefiziale di eſſa , e delle coſe mobili deſtinate all'uſo de' Rettori ; avvertendo , che ſi notino per numero , come ſi è detto delle coſe della Chieſa .*

#### §. VIII.

*Della deſcrizione della Caſa .*

**E***Nella deſcrizione della Caſa , ſi dirà : Una Caſa per abitazione del Rettore , ò Vicario , ò Cappellano , &c. contigua alla detta Chieſa , ovvero vicina , &c. confini della quale ſono da un lato , &c. dall'altro , &c. e così uniformemente ſi deſcriveranno le ſtanze Canonicali , ove ſono .*

#### §. IX.

*De' Beni ſtabili .*

**F***inalmente , venendo alla deſcrizione delle coſe ſtabili , ſi ſcriveranno prima tutte le Caſe , e Botteghe , che hà la Chieſa in Città , nelle Terre , e Caſtelli , ò Territorio , con le loro riſpoſioni di anno in anno , deſcrivendole per ſituazione , e confini , come ſi è detto delle Chieſe .*

#### §. X.

*Della deſcrizione delle Tenute in territorj .*

**P***Oi ſi ſcriveranno tutte le Tenute di terra , poſſedute , e fruttuate da' Rettori , Vicarj , ò Benefiziati , come di ſopra , e con le pertinenze , vocaboli , confini , e miſure di eſſe , in queſto modo :*

A a

Una

Una pezza di Terra lavorata, vignata, ò come sarà, posta nelle pertinenze della Terra di N. nel luogo detto N. le coerenze della quale da un lato sono i beni di N. e così degli altri, a misura di tommola, ò siano rubbj 10. ò quel che sarà.

*E non havendosi misura certa, potrà dire: tommola 3. &c. in circa, dico tommola 3.*

La qual pezza di Terra può fruttare ogni anno in parte al Padrone, se risponderà a mezza sementa, grano, tommola venti, ò quel che sarà: Fave, tommola 6. e così d'ogni altro legume, detti volgarmente, marzatichi, che in danajo, un'anno per l'altro, danno ducati . . . .

Mosto, barili 2. ò quello, che sarà: in danajo ducati . . . .

*Se vi fossero pezzi di Terra, locati a tempo, soggiugnerà; dicendo,*

La qual pezza di Terra stà conceduta à terza generazione, ovvero in vita, ovvero per tanti anni, come sarà, e rende l'anno ducati . . . .

Grano tommola, &c. come sopra, ridotto in danaj, ducati 10. dico ducati . . . .

Come appare per istrumento rogato da N. sotto il dì . . . . dell'anno . . . .

#### §. XI.

##### *De' Beni Enfiteotici.*

**G**Li altri beni Enfiteotici, de' quali si paga solo il censo per ricognizione del diretto dominio, si scriveranno nel modo, che stanno ne' loro censuarj, ò così:

N. N. della Terra N. &c. hà, tiene, e possiede à terza generazione, ovvero in vita, &c. ò come sarà, una Casa, ò una pezza di Terra, posta in &c. confine, &c. come si è detto di sopra dell'altre Terre, della quale paga ogni anno per Canone alla detta Chiesa, in ricognizione del diretto dominio, ducati 10. dico 10.

*Ò altra quantità di danaj, come sarà in fatto.*

#### §. XII.

##### *De' Censi perpetui, ò redimibili.*

**E**Se havrà censi, se ne farà la descrizione in questo modo: La sudetta Chiesa hà un censo perpetuo di ducati . . . sopra la tale pezza di Terra, ò Casa; te ne riscuotono ogni anno du-



ducati dieci. Dico , ducati 10. ò altra quantità , che sarà ,  
come appare per istrumento di N. sotto il dì ... Mese ...  
ed Anno ....

## §. XIII.

*Degli Animalì in società , che si dicono esser dote della Chiesa ,  
che non possono sminuirsi .*

**E** Se havrà Animalì in società nelle Terre della Chiesa, ò altrove , che siano di detta Chiesa , si scriverà : La sudetta Chiesa , e suo Rettore tiene in società con N. da N. pecore 100. ò quante saranno . Pecore 100.

Porci num. 100. ò quanti saranno . Porci 100.

E così di ogni altro Animale ; da' quali cava ogni anno , dedotte le spese , scudi . . . ò quanti saranno .

## §. XIV.

*Delle Decime ,*

**D** Istintamente ancora noteranno tutte le possessioni , e luoghi , che pagano decime alla propria Chiesa, con mettervi la quantità delle Decime per ciaschedun podere , e luogo : e se per intero , ò per metà , ò in altra porzione .

Si scriveranno ancora tutti coloro , che pagano le Decime , ò almeno la entrata di esse , in questo modo .

La sudetta Chiesa hà di entrata ogni anno in Decima tommola di grano tre , ò quante saranno , dico 3. e così di ogni altra vittuaglia , ò marzaticchi . Overo in danaj , ducati quattro , dico ducati 4. ò altra quantità , ( quella , che sarà in fatto ) E se è usurpata , si noti nell' Inventario l'usurpazione . Se sarà primizia , si noti la primizia , che sarà , le quali Decime si pagano nel tal modo per consuetudine del luogo .

## §. XV.

*Della somma di tutti i frutti .*

**F** Inalmente si faccia la somma di tutti i frutti , che hanno , come Rettori , dicendo : La sudetta Chiesa può havere ogni anno di entrata ;

Per beni stabili ducati	20
Per terre locate, grano, ridotto in danajo, ducati	30
A a 2	Per

Per cenfi ducati	25
Per Decime ducati	40
In tutto fanno la fomma di ducati	115
<i>O quanti faranno , dico ducati . . . .</i>	

## §. XVI.

*Della porzione de' Vicarj .*

**I** L medesimo faranno ancora tutti i Vicarj perpetui , ove fossero , per quelle parti di Terre , Case , ò frutti di qualsivoglia sorte , che lor fossero applicate per sua porzione , annotando l'obbligo fatto per pubblico strumento , ovvero per lettere Apostoliche , spedite sopra ciò sotto il dì . . . Mese . . . . ed Anno . . . : dicendo così :

Il Vicario perpetuo di detta Chiesa hà per sua porzione , congrua , assegnatagli ne' frutti della *tal* pezza di terra , ovvero della *tal* Casa , situata , e confinata , *come di sopra* , grano , marzatichi , &c. vino , danaj , &c. da consegnarsegli nel *tal tempo* , e dalla *tal persona* .

## §. XVII.

*De' Salarj de' Cappellani amovibili .*

**I** Cappellani amovibili scriveranno ancor' essi il loro salario in questa forma : La sudetta Chiesa , ò suo Rettore dà per salario ogni anno al suo Cappellano , grano , marzatichi , vino , olio , danaj , &c. come appare per rogito di N. sotto il dì . . . . Mese . . . . ed Anno . . . . ovvero per semplice promessa di N. N. suo Rettore , ò Ministri delle Chiese , alle quali fosse unita : e si descriveranno le quantità .

## §. XVIII.

*Delle Collette , e Contribuzioni .*

**E** Dove non fossero frutti , ò rendite di Terre , ò di Decime , &c. à bastanza per lo Rettore , ò Vicario amovibile , si scriverà tutto quello , che si paga per Colletta , ò Contribuzione , che si fa da' Parrocchiani , cioè Figliani del luogo , dicendo : La sudetta Chiesa per vitto , e sostentamento del suo Curato hà di entrata ogni anno per Colletta , e Contribuzione , fatta da' suoi Parrocchiani , ducati 50. ò quanti faranno , dico ducati . . . . ò altra quantità di grano , ò altro che sia , come appare per rogito di N. sotto

fotto il dì . . . . del Mese . . . . ed Anno . . . . ovvero , non essendo strumento , per consuetudine .

## §. XIX.

*De' Legati pii.*

**S**I faccia ancora il Catalogo di tutti i Legati pii , con tutti gli obblighi , a' quali sono tenute le Chiese , e loro Ministri , dicendo in questo modo :

La sudetta Chiesa hà di entrata ducati 30. ò quanti saranno , ogni anno , per vigore di un Testamento , ovvero Legato fatto da N. con obbligo , che il suo Rettore debba celebrare una Messa per l'anima sua nel tal tempo , ovvero con obbligo di celebrar ogni anno , ogni mese , ogni settimana , ò quel che sarà , Messè basse num. . . . dico assegnati per detto peso duc.30.

## §. XX.

*Degli altri pesi.*

**S**E l'Inventario si facesse per qualche Confraternita , Monte di pietà , ò Spedale , ed il luogo pio hà peso di maritar Zitelle , ò far limosine a' poveri , ovvero alimentare , e curare Infermi , què si noti , e si registri l'opera , con esprimere , se sia debito à fundatione loci , ò per Legato , ed allora dica così :

Marita due Zitelle con la dote di ducati 30. l'una , per Legato di N. N. che lasciò per questo peso la Casa N. il valore in capitale di tremila ducati , e frutta ducati 70. come appare per Testamento rogato a dì . . . . del Mese . . . . dell' Anno . . . . dal Notajo N. ovvero per donazione , come per istrumento pubblico del Notajo N. del dì . . . . Mese . . . . ed Anno . . . .

Se tali opere si esercitano non per debito di giustizia , si dica così : E' solito il luogo far' ogni anno la tal' opera pia , con la permissione del Vescovo , servata la forma della Costituzione di Clemente VIII. dell'anno 1604.

## §. XXI.

*Delle Pensioni.*

**S**E la Chiesa , e suo Rettore fosse gravato di pensione , si dirà : La sudetta Chiesa è gravata di scudi . . . . di pensione , da pagarsi a N. nel tal tempo , come appare per Lettere

re Apostoliche di riservazione di pensione, spedite sotto il di ... del Meie .... dell'Anno ....

§. XXII.

*Delle Usurpazioni .*

**E** *Se fossero stati occupati alcuni beni, si dirà :* La sudetta Chiesa fa pretende, che le sia stata usurpata una pezza di terra in tutto, ovvero in parte, per non esser terminata, posta, e confinante con N. ed N. suoi vicini, siccome dicono gli huomini più antichi della Parrocchia, e particolarmente N. ed N. &c. *ovvero per altre notizie, e ragioni, &c.*

§. XXIII.

*Delle alienazioni senza dispensa .*

**E** *Se fossero stati alienati alcuni beni senza dispensa, si dirà :* La sudetta Chiesa pretende esser lesa per una concessione fatta per tanti Anni della tal pezza di terra con risponsione di ducati .... *ovvero per una permuta, fatta con N. &c. senza dispensa della Sede Apostolica, ò Ordinaria .*

§. XXIV.

*Delle liti pendenti .*

**E** *Se vi fossero liti pendenti, si dirà :* La sudetta Chiesa pretende ragione sopra la tale pezza di Terra, *ovvero casa, decima, censi, &c.* Per le ragioni, &c. e di ciò pende lite innanzi al Tribunale di N. per gli atti del Notajo N.

§. XXV.

*Della sottoscrizione del Notajo .*

**D** *Apoiche l'Inventario sarà formato per mano del Notajo, dovrà finalmente sottoscriversi, ed autenticarsi dal medesimo; dicendo: Ita est, &c. Et in fidem, &c. ò in altra consimil forma di parole, &c. Ego N. Notarius, &c. Rogatus signavi, & subscripsi .*

§. XXVI.

## §. XXVI.

*Della forma delle sottoscrizioni del Rettore .*

**I**O N. Rettore della sudetta Chiesa di S. N. hò fatto il sudetto Inventario di tutte le cose, e beni soprascritti, posseduti al presente da me, ed in fede mi son sottoscritto di mia propria mano. Questo dì . . . Mese . . . Anno . . . . E così giuro, &c.

*In tal maniera sottoscriveranno i Canonici, ed i Benefiziati, formando essi l'Inventario .*

## §. XXVII.

*De' Vecchj, ed informati, Eletti, e Sindici .*

**I**O N. Vecchio, ovvero Eletto, ò Sindico di N. sono stato presente, mentre s'è fatto l'Inventario delle cose, e beni sudetti, de' quali io hò notizia; (*E se sapranno, che la Chiesa possedga, ò goda detti beni, diranno ancora.*) E sò che la Chiesa li gode, e possiede, &c.

In fede di che mi son quì sottoscritto di mia propria mano, e così giuro, &c.

*E se saranno Parrocchiani, e non Vecchj, ò Eletto, ò Sindico, diranno .*

Io N. Parrocchiano; *nel resto come di sopra .*

## §. XXVIII.

*Di coloro, che si sottoscriveranno a nome di altri .*

**I**O N. per commessione di N. il quale disse essersi trovato presente al sudetto Inventario delle cose, e beni, di sopra specificati, de' quali anche egli disse, e giurò haver piena informazione, non sapendo esso scrivere, mi sono sottoscritto per lui, ed in sua presenza, di propria mano, e così giuro, &c.

## XI.

## CATALOGO DELLE SCRITTURE,

Che devonfi conservare negli Archivj  
delle Curie Vescovili .

*Cit. Tit. XII. Cap. III. pag. 40.*

## §. I.

*Delle Scritture , in ordine alle persone Ecclesiastiche :*

*Ad Tit. De Fide  
Instrumentorum.*

- 1 **T**UTTE le Scritture , ò Atti intorno a canonizzazioni de' Servi di Dio , così Ecclesiastici , come Secolari .
- 2 Le Scritture delle ordinazioni , ò collazioni degli Ordini , così maggiori , come minori , a qualunque persona .
- 3 Le Scritture delle collazioni , ò istituzioni de' benefizj , de' concorsi fatti , delle rinunzie , ò permutazioni seguite , e di tutte le altre Scritture benefiziali .
- 4 Le Scritture sù la professione della santa Fede de' benefiziati , ò altri .
- 5 Tutti gli Strumenti delle possessioni , date a' benefiziati di qualunque ordine , ò grado , ed in qualunque modo .
- 6 Registro delle approvazioni de' Confessori , ò Curati :
- 7 Delle Licenze date a' Parrochi , a' Canonici , Preti , ò Chericci di poter partire dalla Diocesi con lettere testimoniali .
- 8 Delle Dimissionarie , ò Lettere commendatizie .
- 9 Delle Licenze date per andare a parlare , ò entrar ne' Monasterj di Monache .
- 10 Tutte le Scritture dell' esplorazioni delle volontà per le Novizze ; gli Strumenti di dote delle Monache , e delle Licenze , loro date per poter fare la professione , ed altro , attenente alle Monache .
- 11 Tutti i Decreti , ed interposizioni di autorità per le rinunzie , che fanno i Novizzi , e le Novizze .
- 12 Tutti i Precetti , ò Decreti di qualsivoglia maniera , fatti a persone Ecclesiastiche , ò a persone Secolari in cause spirituali , ò spettanti al foro Ecclesiastico .

## §. II.

## §. II.

*Delle Scritture in ordine a' Luoghi sagri , ò Ecclesiastici .*

- 1 Tutti gli Statuti , Regole , ed Ordinazioni di qualunque Chiesa , Capitoli , e Collegj nella Città , e Diocesi .
- 2 Gli Atti , e le Scritture concernenti fondazione di Chiesa , Luoghi pii , Altari , e gli Strumenti di tali fondazioni .
- 3 Tutte le Scritture , e Strumenti delle Consagrazioni delle medesime Chiesa , degli Altari , de' Cimitej , e delle benedizioni delle Campane , registrati in Tomo a parte .
- 4 Tutti gli Atti delle Visite delle Chiesa , Monasterj , ò altri Luoghi pii , insieme con tutti i Decreti fatti in tali Visite .
- 5 Tutte le Relazioni , e Scritture appartenenti alle Visite de' sagri Limini .

## §. III.

*Delle Scritture in ordine à cose sagre , ò Ecclesiastiche .*

- 1 Tutte le Scritture per le erezioni di Fonti battesimali , e delle fondazioni , unioni , ò soppressioni di Parrocchie , Benefizj , ò Cappellanie .
- 2 Tutte le Scritture spettanti a' sagri Seminarj .
- 3 Gli Atti di tutti i Sinodi , sì Diocesani , come Provinciali .
- 4 Tutte le Scritture concernenti dinunzie matrimoniali , e gli Atti degli stati liberi .
- 5 Tutte le Scritture concernenti materie di divorzj , ò di altre cause matrimoniali .
- 6 Tutte le Scritture concernenti l'esecuzioni delle dispense matrimoniali , ed altre Lettere Apostoliche .
- 7 Tutti i Registri delle Bolle Ordinarie , ed anche delle Apostoliche , dirizzate alla Corte Vescovile .
- 8 I Decreti interposti nelle Cause di alienazioni , che si fanno de' beni Ecclesiastici , ò con autorità Ordinaria , ò Apostolica .
- 9 Tutti gli Atti , e Scritture , appartenenti à materie del S. Offizio , che devono conservarsi in Armario a parte , chiuso a chiave .

## §. IV.

*Delle altre Scritture in Cause Civili , e Criminali .*

- 1 **T**utte le Lettere monitoriali *ad finem revelationis* .
- 2 **T**utte le Platee , ed Inventarj de' beni stabili , mobili , femoventi &c. di tutte le Chiese , e di tutti i Luoghi pii della Città , e della Diocesi .
- 3 **T**utti i Mandati di procura per gli negozj della Mensa Vescovile , e gli Strumenti spettanti alla dote, ò a' beni della medesima Mensa .
- 4 **T**utte le Scritture di Enfiteosi , Locazioni , e conduzioni de' beni della Mensa Vescovile .
- 5 **C**osì anche degli altri Benefizj , Chiese , e Luoghi pii .
- 6 **T**utti gli Editti fatti in qualunque modo , ed in qualsivisa materia , col registro di essi in libro .
- 7 **T**utti i Processi , ed Atti Civili , Criminali , e Misti del Foro Vescovile .
- 8 **R**egistri delle Sentenze , fatte nelle sudette Cause , e le composizioni seguite con i Rei , ed Inquisiti nella Corte Vescovile .
- 9 **R**egistri delle multe , e pene .
- 10 **R**egistro delle Suppliche , ed Assoluzioni di qualunque Inquisito .





## XII.

## I N S T R U C T I O

## S. CONGREGATIONIS CONCILII

Pro Episcopis , Archiepiscopis , Primatibus , & Patriarchis , super modo conficiendi Relationes statuum suarum Ecclesiarum , quas , occasione Visitationis Sacrorum Liminum , eidem Sacræ Congregationi exhibere tenentur .

*Cit. Tit. XIII. Cap. I. pag. 43.*

**S** U M M U S Pontifex Sixtus Papa Quintus , qui temporibus statuit , quibus singuli Episcopi , Archiepiscopi , Primates , & Patriarchæ per seipsos , vel per eorum certum Nuntium visitare tenentur Limina Beatissimorum Apostolorum Petri , & Pauli , antiquissimæ observantiæ inhærendo , nescio quomodo voluit , ut ultra Sacrorum Liminum visitationem , Romano pro tempore Pontifici de toto eorum Pastoralis Officio , & de rebus omnibus ad ipsarum , quibus præsumunt , Ecclesiarum statum , ad Cleri , & Populi disciplinam , animarum denique , quæ illorum fidei creditæ sunt , salutem quovis modo pertinentibus rationem redderent , uti fusiùs habetur in prædicti Pontificis *Constitutione* , quæ incipit *Romanus Pontifex* , sed in alia etiam *Constitutione* , quæ incipit *Immensa æterni Dei* , Sacræ Congregationi , præpositæ Interpretationi Sacrosancti Concilii Tridentini , curam demandavit , prædictam rationem , quæ dicitur *Relatio status Ecclesie* , perpendendi , & examinandi , ac postulatis , in eadem proponendis , respondendi .

*Ad Tit. De  
Jurejurando .*

Sixtinæ hæc Constitutiones suo non caruerunt effectu tum quoad Sacrorum Liminum visitationem , tum quoad Relationem statuum Ecclesiarum ; sed cum nulla unquam edita fuerit instructio pro dictis Relationibus exarandis , factum hinc est , ut aliquæ ex eis aliquandò fuerint exhibitæ abundantes in superfluis , & aliquæ aliquandò deficientes in necessariis : cumque ad hæc avertenda in Synodo Romana , hoc anno 1725. à San-

ctissimo Domino Nostro BENEDICTO Papa XIII. habita in Basilica Lateranensi, præscriptum sit, ut Instructio hæc tenens omiffa, à Sacra Concilii Congregatione ederetur; hæc idcirco Instructio publici juris fit, ut in Relationibus statuum suarum Ecclesiarum, ad eandem Sac. Congregationem in posterum transmittendis, curent Episcopi, Archiepiscopi, Primate, & Patriarchæ ipsi se conformare, & suas Relationes ad quædam distincta Capita reducere, quorum Primum ad statum Ecclesiæ materialem, Secundum ad Personam ipsius Referentis, Tertium ad Clerum Sæcularem, Quartum ad Clerum Regularem, Quintum ad Moniales, Sextum ad Seminarium, Septimum ad Ecclesias, Confraternitates, & Loca Pia, Octavum ad Populum, & Ultimum denique referatur ad Postulata, quæ ab ipso Referente Sacræ Congregationi proponuntur.

## §. I.

*De Primo Relationis Capite, pertinente ad statum  
Ecclesiæ materialem.*

In hoc primo Relationis Capite sequentia erunt exponenda

- I. Institutio.
- II. Confinia.
- III. Privilegia, & prærogativæ Episcopatus, Archiepiscopatus, aut Patriarchatus.
- IV. Numerus Civitatum, Oppidorum, aut Locorum, qui Episcopatui, Archiepiscopatui, aut Patriarchatui subjecti sunt.
- V. Status Cathedralis, Metropolitana, aut Patriarchalis Ecclesiæ, unâ cum numero Canonicorum, & aliorum, servitio Chori addictorum, & an erectæ fuerint Præbendæ Pœnitentiaria, & Theologalis.
- VI. Status Ecclesiarum Collegiatarum unâ cum numero pariter Canonicorum, & ceterorum, qui Choris earum intersunt, & an in Collegiatis erecta sit Præbenda Theologalis.
- VII. Status, & numerus Ecclesiarum Parochialium, necnon aliarum Ecclesiarum, & Oratoriorum in Episcopatu, Archiepiscopatu, aut Patriarchatu existentium; referendo signanter, an Cathedralis, Metropolitana, aut Patriarchalis, & Collegiata, Oratoria, necnon Parochiales, ceteræque Ecclesiæ, sint sacris suppellectilibus sufficienter instructæ, & quænam ex eis habeant redditus pro fabrica assignatos.

- VIII. Numerus Monasteriorum tam Virorum, quàm Mu-  
lie-

lierum, exprimendo, an aliqua ex Monasteriis Virorum sint subjecta suæ jurisdictioni; & an, & quæ Mulierum Monasteria sibi subjecta sint, vel Prælati Regularibus.

IX. An adsit in Diœcesi Seminarium Clericorum, quot Clerici in eodem alantur, an fuerit statuta taxa, & in qua quantitate, & an aliqua Beneficia fuerint eidem unita, & in universum quinam, & quot sint redditus prædicti Seminarii.

X. Numerus Hospitalium, Collegiorum, Confraternitatum, & aliorum Locorum piorum, quæ sunt in Episcopatu, Archiepiscopatu, aut Patriarchatu, & quinam sint eorum redditus.

XI. An adsint Montes pietatis, & quot sint, unâ cum aliis consimilibus, ad statum materiale Ecclesiæ spectantibus; cum advertentia tamen, ut plena status materialis Relatio in prima Relatione tantum, quæ fit ab Episcopo, Archiepiscopo, aut Patriarcha exhibeatur, in subsequenti Relationibus satis erit, quod ipsi se referant ad primam, nisi aliquid novi, pertinens ad dictum statum materiale, contigisset, quod Referens notificandum Sacræ Congregationi existimaret.

## §. II.

*De Secundo Relationis Capite, pertinente ad ipsum Episcopum, Archiepiscopum, Primate, & Patriarcham.*

In hoc Capite exponi debet

I. An Residentiæ præceptum, à Sacris Canonibus, Concilio Tridentino, & Constitutione Urbana præscriptum, adimpleverit, & an aliquo, & quo tempore abfuerit, & an ultra menses Conciliares, & an cum, vel sine Sedis Apostolicæ licentia.

II. An, & quoties Diœcesis, sibi commissæ, visitationem expleverit.

III. An per se, vel per alium Episcopum, sacras Ordinationes expleverit, & Sacramentum Confirmationis administraverit.

IV. An, & quoties Synodum Diœcesanam coegerit: & si Episcopus, nulli Archiepiscopo subjectus, sit, an ad Synodum Provinciale ejus Archiepiscopi, quem ad tranites Tridentini eligere tenetur, ut ejus Synodo Provinciali interfuit, accesserit; & si sit Archiepiscopus, an Synodum Provinciale habuerit, & quinam Suffraganei eidem interfuerint.

V. An

V. An verbum Dei per seipsum prædicaverit , & an , legitimo concurrente impedimento , viros idoneos assumpserit ad hujusmodi prædicationis officium salubriter exequendum .

VI. An habeat Depositarium pœnarum , & multarum pecuniarum , & an eadem fuerint piis usibus applicatæ .

VII. Quænam Taxa , & an Innocentiana in sua Cancellaria observetur .

VIII. An aliquod habeat , quod sibi obstet circa exercitium Episcopalis officii , Jurisdictionis Ecclesiasticæ , necnon tuendæ libertatis , & immunitatis Ecclesiarum .

IX. An aliquod pium opus peregerit pro Ecclesia , pro Populo , aut pro Clero .

### S. III

#### *De Tertio Capite , ad Clerum Sæcularem pertinente .*

In hoc Capite exponendum erit

I. An Canonici , ceterique Choro addicti Cathedralis , Metropolitanæ , aut Patriarchalis Ecclesiæ , necnon Collegiarum , Choro jugiter intersint .

II. An , ultra Matutinum , Laudes , ceterasque alias Horas Canonicas , quolibet die celebrent Missam Conventualem .

III. An quolibet die eam applicent pro Benefactoribus .

IV. An suas habeant Constitutiones , & eas punctualiter observent .

V. An , qui obtinent Præbendam Pœnitentiarum , aut Theologalem , adimpleant , quæ adimplenda sunt , & quomodo .

VI. An Parochi in suis Parochiis resideant .

VII. An librum Matrimonii , & Baptizatorum , aliosque libros , quos ad normam Ritualis Romani retinere debent , retineant .

VIII. An aliqui ipsorum indigeant aliorum Sacerdotum opera , ut Sacramenta Populo administrent .

IX. An iidem per se , vel per alios idoneos , si legitime impediti fuerint , diebus saltem Dominicis , & Festis solemnibus plebes sibi commissas pro sua , & earum capacitate pascant salutaribus verbis , docendo , quæ scire omnibus necessarium est ad salutem , juxta monitum Tridentini , & præcitati Concilii Romani .

X. An saltem Dominicis , & aliis Festis diebus in suis Pa-

Parochiis, Fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & Parentes, Pueros, ceterosque, hoc adjutorio indigentes, doceant; & an, & qui eis operam præstent in hoc opere adimplendo, & an fructuosè hoc opus ad eò necessarium in singulis Parochiis proficiat.

XI. An singuli Parochi, ceterique curam animarum exercentes, singulis Dominicis, Festivisque de præcepto Missam applicent pro Populo, eorum curæ commissò.

XII. An, & quæ præmittantur antequam quis ad Primam Tonsuram, & Minores Ordines admittatur, & an sacris Ordinibus initiandi, ante cujuscunque Ordinis sacri receptionem, piis meditationibus, vulgò spiritualibus exercitiis, vacent per aliquot dies in aliqua Domo Religiosa.

XIII. An omnes prædicti vestes jugiter deferant Clericales, & an, quo ad fori privilegium, servantur disposita à Sacrosancta Synodo Tridentina Sess. 23. Cap. 6. de Reform. & à Constitutione SS. D. N. BENEDICTI PP. XIII. in eodem Concilio Romano emanata. *fol. 127.*

XIV. An habeantur Conferentiæ Theologiæ Moralis, seu Casuum conscientiæ, & etiam Sacrorum Rituum, & quot vicibus habeantur, & qui illis intersint, & quinam profectus ex illis habeatur.

XV. Quinam sint mores Cleri secularis, & an aliquod in eo adsit scandalum, quod remedio indigeat potentiori.

#### §. IV.

##### *De Quarto Capite, ad Clerum Regularem pertinente.*

In hoc Capite exponendum erit

I. An Regulares, curam animarum exercentes, qui Episcopali jurisdictioni, visitationi, & correctioni subsunt in iis, quæ ad curam pertinent, & administrationem Sacramentorum, munus, sibi commissum, fideliter adimpleant juxta ea, quæ in præcedenti capite dicta sunt de Parochis secularibus.

II. An aliquis Regularis extra Monasterium degat: an aliqui adsint in Diocesi, à suis Superioribus, servatis servandis, ejecti, vel aliquis fuerit Regularis intra Claustra Monasterii degens, sed qui extra ea ità notoriè deliquerit, ut Populo scandalo fuerit, & quomodo in hisce casibus in sic delinquentes animadverterit.

III. An

III. An sua jurisdictione delegata usus sit in explenda Visitatione Conventuum, & Granciarum Monasteriorum, in quibus Religiosi non aluntur in numero, à Sacris Constitutionibus præfixo, & quinam sint Religiosorum mores, in dictis Conventibus, & Granciis degentium.

IV. Denique, an aliquod habeat cum Regularibus officium in exercitio jurisdictionis delegatæ in illis casibus, in quibus eadem ipsi tributa est à Sacro Concilio Tridentino, vel à Summorum Pontificum Constitutionibus, & signanter à Bulla Clementis Papæ X. quæ incipit *Superna*.

§. V.

*De Quinto Relationis Capite, ad Moniales pertinente.*

In hoc Capite exponendum erit

I. An Moniales, Episcopo subjectæ, suas servant Constitutiones.

II. An Clausura in eorum Monasteriis inviolatè custodiatur.

III. An aliqui abusus in iisdem Monasteriis irreperint, qui consilio, aut auxilio Sacræ Congregationis indigeant.

IV. An, præter ordinarium Confessorem, alius extraordinarius ab ipso bis, aut ter in anno fuerit oblatus.

V. An dictorum Monasteriorum redditus fideliter administrantur, & Monialium Dotes fuerint persolutæ, & quomodo erogatæ.

VI. An in Monasteriis Monialium, quæ sunt Prælati Regularibus subjecta, curaverit, ut Clausura dictarum Sanctimonialium fuerit exactè observata; & an contra inobedientes, & contradictores per censuras Ecclesiasticas, & alia juris remedia processerit.

VII. An harum Monialium Confessarii Regulares, sive ordinarii, sive extraordinarii, fuerint ab ipso approbati antequàm earum confessiones exceperint.

VIII. An, adhibitis Superioribus Regularibus, singulis annis exegerit rationem administrationis ab his, qui administrarunt bona, pertinentia ad hæc Monialium Monasteria, Regularibus subjecta: & an fideliter eorum redditus administrantur, & alia fuerint adimpleta, quæ præscribuntur in Bulla Gregorii XV. quæ incipit *Inscrutabili*.

§. VI.

## §. VI.

*De Sexto Relationis Capite, pertinente ad Seminarium .*

In hoc Capite exponendum erit

- I. Quot sint in Seminario Alumni .
- II. An in Ecclesiastica disciplina rectè instituantur .
- III. Quibusnam studiis vacent , & quo profectu .
- IV. An Cathedrali , & aliis locis Ecclesiæ, diebus Festis inserviant .
- V. An cum consilio duorum Canonicorum seniorum , à se electorum , necessaria pro recto regimine statuerit .
- VI. An illud aliquando visitet , & operam det , ut Constitutiones adimpleantur .
- VII. An statuta sit Taxa ad tramites Concilii Tridentini ; eademque exigatur ; & an aliqui sint morosi in ejus solutione .

## §. VII.

*De Septimo Capite , ad Ecclesias , Confraternitates ,  
& Loca pia pertinente .*

In hoc Capite exponendum erit

- I. An in Sacrificiis omnium , & singularum Ecclesiarum exposita sit Tabella onerum Missarum , & Anniversariorum ad tramites Decretorum san. mem. Urbani VIII. , & an eis punctualiter satisfactum sit .
- II. An in Confraternitatibus , Scholis , aliisque Locis piis punctualiter executioni mandentur pia opera , à Testatoribus injuncta .
- III. An quolibet anno sibi fecerit reddi rationes ab horum locorum Administratoribus .
- IV. An Montem Pietatis , sive Charitatis visitaverit ; & an idem habeat redditus , qui superabundent sustentationi Ministrorum , aliisque necessariis expensis , & in quas causas redditus illi erogentur , & si quid exigatur ab illis , qui pecuniam , frumentum , si agatur de Monte frumentario , ab eo recipiunt .
- V. An Infirmorum Hospitalia visitaverit , reddituum rationes ab Administratoribus exegerit , & an Infirmis necessaria , quoad salutem animæ , & corporis , in eis subministrantur .

## §. VIII.

*De Octavo Relationis Capite, ad Populum pertinente.*

In hoc Capite exponendum erit

- I. Quinam sint Populi mores, & an in pietate proficiat.
- II. An aliquis irreperit abusus, aut prava quedam in eodem inoluerit consuetudo, quæ consilio iudiceat, & Sedis Apostolicæ adjutorio.

## §. IX.

*De Ultimo Capite, ad Postulata pertinente.*

Ultimo loco Episcopi, Archiepiscopi, Primate, & Patriarchæ, qui suarum Ecclesiarum Relationes ad Sacram transmittunt Congregationem, si quæ habent Postulata proponenda pro suarum regimine Ecclesiarum, proponere poterunt cum clara facti, & omnium circumstantiarum expressione; & quatenus Postulata spectent ad negocia forensia, exponant, an ea sint in aliis Tribunalibus introducta, an adsint super iisdem aliorum Tribunalium sententiæ, ut, omnibus maturè pensatis, possit Sacra Congregatio congruum suppeditare prædictis Postulatis responsum.

Et hæc sunt, quæ opportuna visa fuerunt, ut in hac Instructione inferantur. Quod si aliqua fuerint, quæ Episcopi, Archiepiscopi, Primate, & Patriarchæ pro suarum indigentia Ecclesiarum, atque Diocesum, addenda existimaverint, sciant sibi liberum esse addere, quæ ipsis addenda videbuntur, & ad notitiam Sacræ Congregationis deferre, quæ ex charitatis, & justitiæ norma per se expediet, quæ poterit, & majora ad Summum Pontificem deferret, qui Fratribus suis Episcopis, quantum cum Domino licet, gratificari semper exoptabit.

**C. Card. Origus Præfectus.**

Loco † Sigilli.

*P. Archiep. Theodos. Secret.*

DE-



## XIII.

## D E C R E T A

S. CONGREGATIONIS EPISCOPORUM,

D E M A N D A T O

C L E M E N T I S P A P Æ V I I I .

*lata Anno 1600.*

Circa Appellationes , &amp; Inhibitiones .

*Cit. Tit. XIV. Cap. I. pag. 46.*

**A**D tollendas ambiguitates , & controversias jurisdictionales , quæ inter appellationum , & prioris instantiæ Judices , non sine Partium dispendio , cursusque justitiæ impedimento , & sæpe cum scandalo oriuntur , Sacra Congregatio , Causis Episcoporum præposita , facta prius relatione SS. D. N. Clementi Papæ VIII. , ac de Sanctitatis Suae mandato , vivæ vocis oraculo desuper habito , in hunc qui sequitur modum ab omnibus , ad quos spectat , in posterum fieri , ac servari debere mandavit , & mandat .

*Ad Tit. De Appellation.*

I. Metropolitani , Archiepiscopi , Primates , aut Patriarchæ in Suffraganeos , eorumve Subditos non judicent , nisi in casibus à jure expressis .

II. Item nec alii Superiores , etiam Nuntii , vel Legati de latere , specificam facultatem majorem non habentes , Causas in Curiis Ordinariorum , vel aliorum inferiorum Judicum pendentes , ad se advocent , nisi per viam legitimæ appellationis ad ipsorum Tribunalia deferantur ; tuncque Appellantes ab inferiorum jurisdictionibus , quoad alias Causas , eximere non possint .

III. Appellationes nunquam recipiantur , nisi per publica documenta , quæ realiter exhibeantur , prius constiterit , appellationem à sententia definitiva , vel habente vim definitivæ , aut à gravamine , quod per definitivam sententiam reparari non possit , in casibus , à jure non prohibitis , per legitimam

personam, & intra debita tempora fuisse interpositam, ac prosequutam.

IV. Nec, dum causa coram inferioribus Judicibus pendet, ante definitivam sententiam, vel vim definitivam habentem, de gravamine illato Superiores cognoscere valeant, licet citra præjudicium cursus Causarum se id facere contestentur; nec ad hunc effectum liceat eis inhibere, aut simpliciter mandare, ut ipsis copia processus transmittatur, etiam expensis Appellantis.

V. Inhibitiones post appellationem, sicut præmittitur, receptam, non concedantur, nisi cum inscriptione tenoris sententiæ, aut decreti definitivi, aut vim definitivam habentis, vel damnum, per definitivam irreparabile, continentis; alias inhibitiones, & processus, & inde sequuta quæcumque, sicut ipso jure nulla, eisque impunè non parere liceat.

VI. Si Appellans asserat, sententiæ, aut appellationis exemplum, culpa Judicis à quo, vel Actuarii, habere non posse, non ideo recipienda erit appellatio, aut aliqua inhibitiō concedenda; sed eis tantum, ad quos pertinet, injungi poterit, ut, soluta condigna mercede Actorum, exemplum authenticum Appellanti intra brevem aliquem competentem terminum tradatur. Caveat tamen Judex à quo, ne, si verè appellatum fuerit in casu appellabili, interim aliquid in præjudicium Appellantis attentet; & si per actum publicum, aut per testium depositionem constiterit, Acta denegari Appellanti, tunc mandato tradendi Acta possit Judex appellationis adjicere, ne interim aliquid novi contra Appellantem attentetur.

VII. Ab executione Decretorum Sac. Concilii Tridentini, aut Visitationis Apostolicæ, appellationes à Metropolitanis non recipiantur, nec si Episcopi virtute ejusdem Sacri Concilii procedunt, uti Sedis Apostolicæ Delegati in Causis, quæ sub eorum jurisdictione Ordinaria non comprehenduntur; salva tamen in hoc casu Legatorum, & Nuntiorum Apostolicorum autoritate.

VIII. In Causis verò Visitationis Ordinariarum, aut correctionis morum, quoad effectum devolutivum tantum admittantur, nisi de gravamine, per definitivam irreparabilem, agatur; vel cum Visitator, citata Parte, & adhibita Cause cognitione, judicialiter procedit; tunc enim appellationi locus erit, etiam quoad effectum suspensivum.

IX. Cum à gravamine, quod per definitivam reparari nequit,

nequit, ut indebitæ carcerationis, vel torture, aut excommunicationis, etiam comminatæ, appellatur; nonnisi visis Actis, ex quibus evidenter appareat de gravamine, appellatio admittatur, aut inhibitiō, vel provisio aliqua concedatur.

X. Causa appellationis pendente, appellans in eodem, quo reperitur carcere, permanebit, quoad Judex, ad quem appellatus est, visis actis, & Causa cognita, aliter decreverit: & tunc si à Judicis, ad quem decreto, vim definitivæ habente, fuerit appellatum, nihil mandare, aut pro sui decreti executione attentare poterit, donec per Judicem Superiorem aliud fuerit ordinatum.

XI. Acta originalia processus primæ instantiæ ad Judicem appellationis Notarius mittere non cogatur, nisi probabilis aliqua falsitatis causa, & suspicio incidat, quæ judicialiter objiciatur; & tunc, terminata causa, remittenda sunt ad Ordinarium, ut in suo Archivo conserventur.

XII. Censura Ecclesiastica in Appellantem prolata, relaxari, aut nulla declarari per Judicem appellationis non possit, nisi auditis Partibus, & Causa cognita; tuncque, si constiterit eam justam esse, ad Judicem, qui excommunicavit, Appellans remittendus est, ut ab ipso, juxta Sacros Canones, beneficium absolutionis, si humiliter petierit, debitamque emendationem præstiterit, obtineat: si verò injustam esse clarè apparet, superior absolutionem impendat; si dubitetur, honestius est, ut ad excommunicatorem intra brevem aliquem competentem terminum, eidem præfigendum, absolvendus remittatur; licet etiam superior hoc casu idipsum per se præstare jure possit.

XIII. Absolutio ad cautelam, nonnisi parte citata, & visis Actis, cum dubitatur de nullitate excommunicationis, ab homine prolata, vel à jure, si occurrat dubium facti, vel probabile dubium juris, concedenda erit; tuncque ad tempus breve cum reincidentia, & præstita per excommunicatum cautione de stando juri, & parendo mandatis Ecclesiæ tantum: & si juxta formam, à jure præscriptam, apparebit, quem ob manifestam offensam excommunicatum fuisse, debitam etiam satisfactionem præstare, & si ob contumaciam manifestam, expensis pariter satisfacere, & cavere de judicio, sisti coram excommunicatore is tenebitur, priusquam ad cautelam absolvatur.

XIV. A sententia etiam definitiva, contra verum contumacem

macem prolata, appellatio non recipiatur, nec inhibitio, aut alia quævis provisio, quamdiu Appellans in hujusmodi vera contumacia perstiterit, concedatur. Romæ in Sacra Congregatione die 16. Octobris 1600.

D E C R E T A  
U R B A N I P A P Æ V I I I .

*Anni 1626.*

Circa eandem materiam appellationum,  
& inhibitionum.

**D**ECLARATIO Sacræ Congregationis Cardinalium, & Prælatorum, à san. mem. Urbano VIII. aliàs deputatæ, & à Sanctissimo D. N. Innocentio X. renovatæ, super appellationibus, & inhibitionibus Tribunalis Auditoris Camerae, & aliorum Tribunalium Curiae Romanæ, in præjudicium Nuntiorum, Episcoporum, ac Superiorum Regularium, tenoris infra scripti, videlicet. Dubitatum fuit,

Primò, An in Tribunali Auditoris Camerae Romanæ possint concedi monitiones, seu Monitoria cum absolute, etiam cum reincidentia, vel ad cautelam, excommunicatis per Episcopos, & alios Ordinarios ex causa violatæ jurisdictionis, immunitatis, vel libertatis Ecclesiasticæ, Appellantibus, vel aliàs recurrentibus ad supradicta Tribunalia.

Secundò, An in Causis, quæ agitantur in supradictis Tribunalibus Curiae Romanæ, possit recursus haberi ad Sacram Congregationem super Immunitate, & controversiis jurisdictionalibus, pro resolutione, vel declaratione, an sit, vel non sit commissa violatio jurisdictionis, immunitatis, vel libertatis Ecclesiasticæ, & an sit locus reintegrati hujusmodi violationis, & interim debeant dicta Tribunalia supersedere usque ad resolutionem, seu declarationem ejusdem Sac. Congregationis, illamque sequi, & exequi.

Die 4. & 11. Augusti 1626. Dubiis supradictis, cum interventu omnium Illustrissimorum DD. Cardinalium, & Reverendissimorum Prælatorum deputatorum, mature discussis, ac rationibus hinc inde deductis, diligenter ponderatis, unanimiti consensu censuit,

Quoad

Quoad Primum, Tribunal Auditoris Camerae, necnon alia Tribunalia supradicta non posse hujusmodi absolutiones concedere, etiam cum reincidentia, vel ad cautelam.

Quo verò ad Secundum, ut supra, recurri posse: & interim supradicta Tribunalia expectare debere resolutionem, seu declarationem, & illam omnino sequi, & exequi.

Quibus quidem decretis eidem Sanctissimo die 5. Septembris ejusdem anni 1626. plenè relatis, unà cum rationibus, & auctoritatibus, Sua Sanctitas ea approbavit, & confirmavit, illaque omnia exequi jussit; & ad hunc effectum notificata fuerunt. Et subinde, cum de supradictis dubiis iterum actum esset in Congregatione, habita die 27. Aprilis 1650. nemine dissentiente, resolutum fuit, Auditorem Camerae debere decreta, ut supra, edita omnino observare, ac præcipere, ut à suis Ministris, & Officialibus exactè observentur.

Sequuntur additiones, seu declarationes Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI Papæ XIII. super quibusdam ex allatis Decretis, quas Sanctitas Sua, de consilio, & Voto Congregationis particularis, ab ipsamet deputatæ super reformatione Tribunalium, & Congregationum, servandas in posterum districtè mandat, & præcipit.

*Cit. eod. Tit. XIV. Cap. I. pag. 46.*

Ad 2. Decretum Clementis VIII.

**R**ecipi possint, & dumtaxat in Tribunali Auditoris Camerae, constituta Reorum in causis primæ instantiæ, in quibus de pœnis corporalibus agitur, habita ratione ad titulum inquisitionis, non verò in causis censurarum, vel simplicis mulctæ, vel declarationis Irregularitatis, sive in aliis causis, in quibus dicta pœna corporalis non intrat.

2. Regularium constituta nunquam recipiantur.

3. Hujusmodi constituta fieri tantùm possint coram A. C. in criminalibus, non verò coram alio Judice appellationis, neque in  
Urbe,

Urbe, neque extra eam, nec etiam in Sacra Congregatione, negociis Episcoporum, & Regularium præposita.

4. Constitutus Reus coram A. C. debeat statim in Carceribus formalibus Urbis detineri; deinde primum expediantur in ejus Tribunali literæ inhibitoriales, & compulsoriales (absque eo quod constitutus juret, se suspectum habere Ordinarium) pro transmissione Actorum coram dicto Ordinario; nec possit Reus habilitari per Urbem, & extra Carceres formales, nisi visis, & discussis Actis, & quatenus de jure sit locus dictæ habilitationi, audita Parte offensa, vel ejus Procuratore, si in Curia sit præsens, necnon Fisco R. C. A., & quatenus causa sit cum Procuratore Fiscali Curie Ecclesiasticæ, audito Promotore Fiscali Curiarum Episcopaliū in Urbe, atque insuper factō desuper verbo in plena Congregatione Criminali A. C.

5. Si Acta, vel non incepta coram Ordinario, vel sufficienter impinguata non fuerint, non communicentur Reo, sed, eo retento in Carceribus formalibus, committatur Ordinario processus informativi compilatio, vel respectivè impinguatio, facienda expensis Partis querelantis, vel Fisci Ecclesiastici, si ea non adsit.

6. Actis sufficienter impinguatis, servatis servandis, procedatur ad expeditionem Causæ, prout de Jure, audita semper Parte offensa, vel ejus Procuratore, necnon Fisco R. C. A., & Curiarum Episcopaliū, ut supra, in quolibet actu; districtè injungente Sanctitate Sua, ut coram semetipso A. C. tractari, & expediri faciat hujusmodi causas juxta meritum justitiæ, ne Rei inquisiti, forum Ordinarii declinantes in prima instantia, in Urbe quærant reatum præsidium.

#### Ad 5. & 6. Decretum

Cum experientia docuerit, non rarè Appellantibus ad Tribunal A. C. Ordinarios denegare copias publicas Sententiarum, vel Decretorum, & aliquando continuare actus præjudiciales contra Appellantes in odium etiam appellationis interpositæ; Quapropter, si forma decreti 6. indistinctè servanda esset, tempore, quo requisitoria Judicis appellationis expediuntur, & ad manus Judicis, à quo appellatum fuit, perveniant, præsertim si magna sit locorum distantia, præjudicia contra Appellantes cumulantur; Ideo Sanctissimus Dominus Noster declarat, & denuo statuit, & mandat, in aliquibus casibus, & circumstantiis, in quibus arbitrio, & prudentia A. C., & Locumtenentium, ad quos appellatio fuit interposita, necesse est opportunè, & sollicitè provideri, ut prævia in Actis productione copiarum simplicis sententiæ, seu

*ſeu decreti , poſſint expediri inhibitiones vigore appellationis cum inſertione ejuſdem ſimplicis copia : ita tamen , ut in corpore ejuſdem inhibitionis exprimat , quòd , ſi ſententia , ſive decretum inſertum , non fuerit latum ante expeditionem literarum inhibitorialium , vel copia non fuerit conformis originali , ſententia , ſive decreto promulgato , tunc inhibitiò nullatenus vim habeat , & aſſiciat , ſicuti præſentis decreti tenore nulla , & irrita declaratur , ut impuñè ſperni poſſit , ac valeat .*

*Caveant autem Notarii , ne inhibitiones vigore appellationis concedant , niſi cum copia publica ad formam dictorum Decretorum ſub Clemente VIII. , & in caſibus particularibus cum copia ſimplici , modo tamen ſupra expreſſo , factò de his verbo cum Iudice , ſub pœna ſuſpenſionis ab officio , aliſque corporalibus , arbitrio Sanctitatis Suae .*

#### Ad 9. Decretum

*Sanctitas Sua declarat , & mandat , in caſu prætenſe indebitæ carcerationis , quatenus ſit ſequuta cum mandato Iudicis verbali , ut poſſint expediri inhibitiones vigore appellationis , conſtitò tantum de carceratione per publicum documentum Notarii , vel Carcerarii , ſive etiam cum deſiptione duorum Teſtium . In Cauſis verò comminatæ injuſtæ carcerationis , torture , vel excommunicationis , Sanctitas Sua declarat , & mandat , ut non expediantur inhibitiones generales , & indefinitæ , ſed tantum compulſoriales pro tranſmiſſione copia Actorum ad effectum cognoscendi , an ſit deferendum , necne appellationi , adjuncta in dictis literis compulſorialibus inhibitione , ut interim Iudex à quo ad ulteriora non procedat : & quatenus , viſis Actis , reſulter evidens gravamen , tunc admittatur appellatio cum inhibitione , & Cauſa cognoscatur coram Iudice ad quem ; ſi verò de huiusmodi gravamine non conſtet , remittatur Cauſa ad Iudicem à quo , cognoscenda in prima inſtantia .*

#### Ad 1. & 2. Decretum Urbani VIII.

*Statuit præterea Sanctitas ſua , quòd in Cauſis violatæ Jurisdictionis , Immunitatis , & libertatis Eccleſiaſticæ A. C. vel alia quolibet Tribunalia Urbis , & extra eam , nequeant appellationes admittere , inhibitiones relaxare , aut abſolutionem à cenſuris , etiam cum reincidentia , vel ad cautelam , concedere , ſed reſuſus , & appellationes fieri tantum poſſint ad Sac. Congregationem Immunitatis . Quòd ſi in aliqua Cauſa dubitari contingat , an agatur de caſu violatæ Immunitatis , ſeu Jurisdictionis , aut libertatis Eccleſiaſticæ , ſuſperſederi debeat in Cauſa coram quolibet Iudice ,*

*donec fuerit resolutum in eadem Sacra Congregatione , an fuerit violata Immunitas , Jurisdictio , vel libertas Ecclesiastica , & an sit locus reintegratiōni , juxta declarationem , allatam in supra recensitis Decretis Urbani VIII.*

*Insuper cum A.C. ex facultatibus , sibi concessis , sit exequutor omnium literarum Apostolicarum , vel solus , cum alii non sunt deputati Executores , vel quando sunt deputati , cumulativè cum ipsis , atque etiam sit exequutor omnium sententiarum , tam in Curia , quàm extra , per quosvis Judices prolatarum ; ac tandem concedere soleat monitoria super executione resolutionum Sacrarum Congregationum , Sanctitas Sua decrevit , quòd monitoria in Tribunali A. C. super executione literarum Apostolicarum non expediantur , nisi exhibito legitimo documento eorumdem literarum Apostolicarum . Quoad verò sententias , monitoria non concedantur , nisi prævio documento publico Actuarii Cause cum legitimitate Ordinarii , & quoad decreta Sac. Congregationum exhibeantur copie subscriptæ à Secretario cum Sigillo Cardinalis Præfecti ; nec possint hujusmodi monitoria super executione sententiarum , vel decretorum aliter expediri , etiam si sententiæ , & decreta publicè typis evulgata fuerint , vel in libris impressa referantur , & in dictis monitoriis apponatur clausula , dummodo non vigeat lis , adhuc pendens , coram Judice competenti super sententia , vel Constitutionibus Apostolicis , aut decretis Sacrarum Congregationum , de quibus agitur .*

*Quia verò involuit abusus , quòd citationibus typis impressis in Urbe , cum subscriptione alicujus ex Notariis A. C. , quæ dicuntur Camerales , quæque introductæ sunt ad hoc , ut Partes absentes à Curia citentur , ut compareant coram A. C. , seu ejus Locumtenente in judiciis executivis , seu obligationibus Cameraalibus , in ejus Tribunali promovendis , utantur Curiales , & Partes in aliquibus Causis appellationum ab Ordinariis , & etiam audeant iis uti in Causis coram Sacris Congregationibus , adeo ut per intimationem in Partibus hujusmodi citationum cum appositione inhibitionis , deterreantur Judices à quibus procedere , & Partes judicia continuare coram dictis primis Judicibus , & Ordinariis desinant , ob reverentiam Tribunalis A. C. , & fortius Sacrarum Congregationum , & ob timorem incursum attentatorum ; Ideo Sanctitas Sua mandavit , quòd per intimationem dictarum citationum , etsi in iis apponatur clausula inhibitoria , non intelligatur ulla inhibitiō facta , aut interposita , ita ut sperni impunè valeat , ac debeat in quibuscumque Causis in Sacris Congregationi-*



gationibus, & coram A. C., sed quoad istius Curiam, dictæ citationes suam vim, prout de jure, habeant, quatenus Causæ executivæ, seu obligationes Camerales fuerint, quæ in prima instantia coram eo agitari possint, ita, quòd dictæ citationes in aliis Causis nullo modo afficiant, neque ad comparendum ardeant.

Itidem Sanctissimus Dominus Noster in Causis exemptorum, & mercedum, & miserabilium personarum, servari omnino, & districtè mandat dispositionem Sac. Concilii Tridentini cap. 14. sess. 7. de reform. privilegiis, exemptionibus, & consuetudinibus quibuscumque, etiam post Tridentinum, à Sede Apostolica concessis, & respectivè introductis, non obstantibus; quæ Conciliaris dispositio est sequens „ In Civilibus Causis mercedum, & miserabilium „ personarum, Clerici seculares, aut Regulares extra Monasterium „ degentes, quomodolibet exempti, etiam si certum Judicem à „ Sede Apostolica deputatum in partibus habeant; in aliis verò, „ si ipsum Judicem non habuerint, coram locorum Ordinariis, tam- „ quam in hoc ab ipsa Sede delegatis, conveniri, & prout de jure „ ad solvendum debitum cogi, & compelli possint, privilegiis, „ exemptionibus, Conservatorum deputationibus, & eorum inhi- „ bitionibus, adversùs præmissa nequaquam valituris. ✓

Ad 12. & 13. Decretum Clementis VIII.

Quoad absolutionem ultimam à censuris servetur dispositio supradicti decreti 12. Clementis VIII., juxta etiam canonicam sanctionem, quòd in casu constet de justitia censurarum, debeat remitti absolutio danda ad Judicem à quo; si verò constet clarè de injustitia, Judex ad quem absolutionem impendat. Si verò adsit dubietas, an fuerit justa, vel injusta, honestius esset, ut ad excommunicatorem infra aliquem competentem terminum præfixendam absolvendus remittatur, licèt etiam Judex ad quem hoc casu id ipsum per se præstare jure possit. Verùm quoad absolutiones cum reincidentia, quæ Partibus concedi solent à Judicibus, ad quos appellatur, ad effectum audiendi, cum involverit usus tam in Tribunali A. C., quam forsàn etiam in Metropolitanis, aliisque Tribunalibus appellationum, quòd committantur absolutiones cuiuscumque Confessario, itant Rei, absque ulla reverentia proprii Ordinarii, pro absolutis se publicè habeant, Sanctitas Sua statuit, ut in futurum hujusmodi absolutiones cum reincidentia tam in Tribunali A. C., quàm in Curia Metropolitanis, aliorumque Judicum appellationum, committantur ipsis Ordinariis excommunicantibus cum clausula, ut infra tres dies absolvant censuratos, juxta commissionem; quibus elapsis, si requisitus Ordinarius ab-

*solvere recusaverit, vel neglexerit, absolvantur à Confessario juxta commissioris formam, quæ in presenti servatur in dictis commissioribus absolutionum. Quoad verò censuratos, in Urbe commorantes, committi debeat absolutio Cardinali Urbis Vicario, seu ejus Vicegerenti, ac præfata servari etiam mandavit in absolutionibus, quæ conceduntur per Congregationes, prout jam religiosè in ipsis servatum fuit. Declaravitque rursus Sanctitas Sua, quòd hujusmodi commissioribus de absolvendo presentari debeant Cancellario Ordinariorum, à qua presentatione currere debeant tres dies, post quorum lapsum, & non data absolutione, possint ab aliis absolvi, ut supra, in commissioribus.*

*Quoad insuper censuratos mandat Sanctitas Sua, quòd, reportata absolutione à censuris cum reincidentia, cedulones, quatenus affixi fuerint, amoveri non debeant, sed tantummodò tegantur, & testi remaneant, durante termino obtentæ absolutionis.*

*Cum in hujusmodi decretis agatur de appellationibus in Causis judicialibus, Sanctitas Sua enixè hortatur omnes Ordinarios, ut, cum ipsi Patrum nomen erga subditos promereantur, potius quàm Judicum, caveant, ne lites excitent, sed excitas componere curent, præsertim inter pauperes, & miserabiles personas, quas protegere præcipuum munus eorum est. Illeoque Sanctitas Sua mandat, quòd pauperibus condonentur sportulæ, & emolumenta quæcumque, etiam Cancellarii, & aliæ quæcumque expeditiones gratis dentur, etiam copiæ Actorum, transmittendorum ad Judices ad quos: & quoad qualitatem paupertatis, hæc summarie cognoscatur per testes, gratis etiam examinandos, & de ea stetur arbitrio ipsius Ordinarii, & Judicis, serio onerando conscientiam Ordinariorum, & Judicum in re tam gravi, de qua specialiter Deo ipsi rationem erunt reddituri, ultra condignas pœnas contra inobservantes, relaxandas arbitrio Sanctitatis Sux; quodque decretum servari debeat in quacumque Curia Ordinariorum, Metropolitanorum, & quorumcumque Judicum appellationum, etiam Nunciorum Apostolicorum, & in quacumque Causa tam civili, quàm criminali.*

*Similiter, ut satis provideatur pauperibus litigantibus, prout summopere Ecclesiasticos Judices decet, Sanctitas Sua mandat, in quibuscumque supradictis Curiis deputari Procuratorem Pauperum, & Advocatum<sup>a</sup>, qui iis assistant in quibuscumque Causis Civilibus, & Criminalibus, viros pietate, & doctrina præstantes cum assignatione alicujus mercedis, si possibile foret, & de iis electis habeatur ratio in provisionibus beneficiorum, & in attestacionibus facien-*

<sup>a</sup>  
Vide supra  
Tit. VIII.  
Cap. III.

*faciendis Datarie Apostolicæ , ut per Romanos Pontifices in provisionibus haberi valeat respectus ad servitia præstita in tam pio opere .*

*Itidem Sanctitas Sua, quoad Tribunal A.C. mandavit, inviolabiliter servari reformationem Pauli Papæ V. in Constitutione incipien. Universi agri §.20., videlicet, ut pauperibus dentur gratis extractus, registra, instrumenta, etiam publica, copie, & aliæ quæcumque expeditiones, & scripturæ tam Civiles, quàm Criminales, & ostendantur etiam originalia Pauperum Advocato, & Procuratori similiter gratis, & absque ulla impensa: Et si quando contigerit, probandam esse paupertatem, testes similiter gratis, & summarie examinentur, & de paupertate stetur arbitrio Judicis; addito per Sanctitatem Suam, quòd in casu gravaminis Judicis, quoad paupertatem non admissam, recurri valeat ad Auditorem pro tempore Summi Pontificis, qui debita charitate servari faciat, quod æquum erit; prædictaque omnia mandat Sanctissimus servari in quibuscumque Curii Urbis inviolabiliter.*

*Quia in Causis infra summam scutorum quinquaginta monetæ Romanæ, in quibus à Judicibus de partibus appellatur ad Urbem, juxta stylum, & Apostolicas Ordinationes non debet in Curia procedi in gradu appellationis, sed per viam recursus, deputantur Judices in partibus; cum ex penuria temporum videatur gravans appellantes in Causis, etiam ultra dictam summam scutorum 50., Causas prosequi appellationum in Curia; Ideo Sanctitas Sua extendit dictam summam scutorum quinquaginta monetæ usque ad centum ejusdem monetæ Romanæ, itaut si summa Causæ non sit ultra quantitatem scutorum centum, ut supra, Causa non dicatur curialis, & appellabilis per viam appellationis, sed tantùm deputandos esse Judices in partibus, qui procedant per viam recursus, quorum deputatio fieri debeat per Tribunalia Urbis, ad quæ pertinet.*

*Mandat rursus Sanctitas Sua, ut in Causis mercedum miserabilium personarum, recursus, & appellationes respectivè non admittantur à quocumque Judice appellationum, nisi in devolutivo pro rata scutorum quinquaginta monetæ Romanæ, & ultra dictam summam admitti debeant in suspensivo, vel devolutivo, prout juris est, firmis tamen remanentibus Apostolicis ordinationibus, stylis, & privilegiis, quæ forsitan existerent in Tribunalibus Urbis, & districtus ejusdem, in quibus nihil innovari intendit.*

*Demum ad conservandam debitam reverentiam Pontificali dignitati, Alexander Papa IV. Decretalem edidit, relatam in cap. Quia*

Quia Pontificali *de Offic. & Potest. Judic. deleg. in 6. ibi:* „ Quia „ Pontificali dignitate præditis, ob reverentiam sacri officii, plurimum deferri convenit, & eos plus aliis honorari decet, ut, cum à „ Judicibus, vel Conservatoribus, à Sede Apostolica deputatis, „ contra eos ad coactiones aliquas, sive pœnas fuerit procedendum, gradus, & modestia in hujusmodi processu servetur, ita „ quòd ( eis quadam condigna reverentia supportatis ) ingressus „ primò ipsius Ecclesiæ, vel sacerdotale interdicator ministerium, „ ac deinde ab officio suspendantur, & subsequenter aggravetur „ censura Ecclesiastica contra eos, nisi fortè aliter fieri suaserit „ nimia contumacia, protervitas, sive culpa. Hanc itaque Decretalem Sanctitas Sua inviolabiliter servari mandavit in quibuscumque Curii Judicum appellationum tam A. C., quàm Metropolitanorum, & etiam Nunciorum Apostolicorum, & aliorum quorumcumque.

F. A. Archiepisc. Episc. Abellinen. & Frequentinus  
Sacri Concilii Secretarius.

## XIV.

CHIROGRAFO  
DI NOSTRO SIGNORE  
BENEDETTO PAPA XIII.

Col quale stabilisce un Promotor Fiscale Generale, che s'impieghi nel patrocínio delle Cause criminali per le Curie Ecclesiastiche, coll'affegnamiento di 25. scudi al mese, da pagarglisi dalla Camera Appostolica. 12. Luglio 1724.

*Cit. Tit. XIV. Cap. II. pag. 47.*

*Tit. De Appellationibus.*

**H**AVENDO Noi molto bene considerato, & anche coll'esperienza, quando eravamo *in Minoribus*, riconosciuto di qual peso insoffribile fosse a' Prelati Ecclesiastici Secolari, e Regolari il dover sostenere in questa Curia Romana le Liti, e Controversie, che da' Rei inquisiti si introducono

cono con ricorso, ò appellazione da' loro Decreti, e Giudicati, talmente che i più di Essi, per non soggiacere à tali dispendj, che ridondano in pregiudizio delle Diocesi, e de' poveri Diocesani, e delle Religioni, rispettivamente, lasciano correre le Cause indifese nelle seconde, & in altre ulteriori istanze, da che deriva, che, non dandosi a' Giudici per parte delle Curie le necessarie informazioni, riesce spesso a' Delinquenti di estorcere le assolutorie sentenze in pubblico detrimento della giustizia, e con iscandalo di quelli, che, bene informati della verità nelle Diocesi, e nelle Religioni, vedono andare impuniti i delitti, provenendo da ciò la perseveranza de' cattivi nel male, e la sovversione de' buoni dal ben vivere: Onde fù sempre da Noi sommamente desiderato di veder dato opportuno riparo à tali perniciose conseguenze everfive del buon costume, e della disciplina Ecclesiastica, per mantenimento di cui devesi ogni Superiore con tutto studio, e vigilanza impiegare. Quindiè, che, essendo piaciuto alla Divina Provvidenza di elevarci, abbenchè senza alcun Nostro merito, al supremo Appostolato; e riconoscendo Noi essere, parte dell'obbligo della nostra Pastoral sollecitudine l'invigilare, affincbe col castigo de' Delinquenti gli altri si emendino, e si fradichino i vizj, che sono infettivi de' buoni, habbiamo, dopo una matura considerazione, determinato di dare il dovuto rimedio all'enunziate perniciose conseguenze, con liberare i Prelati, e Superiori Secolari, e Regolari dal dispendioso peso di promuovere in questa Curia le ragioni fiscali in difesa de' loro Giudicati, provvedendo perciò a' medesimi di Ministro capace d'integrità, e di esperienza, che, come Promotore Fiscale Generale debba per le sudette Curie Ecclesiastiche dedurre in Giudizio le ragioni, e fare tutto ciò, che per una buona, e canonica difesa sarà necessario, ed opportuno. Volendo dunque ridurre ad effetto questa Nostra determinazione, di Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra potestà, assolutamente creamo, istituimo, e stabiliamo in perpetuo l'ufficio di Promotor Fiscale Generale per le sudette Curie Ecclesiastiche, che debba essere esercitato da persona, da deputarsi da Noi, e da' Nostri Successori, la quale habbia le sopra enunziate qualità, per impiegarle con tutta l'attenzione nella difesa, e patrocinio delle Cause Criminali per le Curie Ecclesiastiche sudette, che sono state introdotte, & ancora si trovano pendenti, e che in avvenire s'introdurranno in  
grado

grado di appellazione, ò ricorso avanti i Tribunali, e Congregazioni competenti di questa Nostra Città di Roma. Ed affinchè il Promotor Fiscale Generale sudetto possa, e debba con tutta l'attenzione applicarsi à questo suo impiego, gli destiniamo, & assegniamo per sua provvisione, ed emolumento mestruì scudi venticinque, da pagarsegli di mese in mese dalla Nostra Camera Apostolica, con ordine, e mandato del Nostro Tesoriere Generale: della qual provvisione vogliamo, che debba restar contento, senza che possa pretendere da' Prelati Secolari, ò Regolari alcun' altra ricognizione à titolo, e per ragione di onorarj per le sue funzioni, e fatiche, se non che le pure spese per il porto delle lettere; talmente che, facendo altrimenti, debba esser soggetto alle pene anche gravi, e gravissime à Nostro arbitrio, e de' Nostri Successori. E perche la Nostra intenzione è, che per un' efficace, e valido patrocinio delle sudette Cause goda il Promotor Fiscale Generale di tutti que' mezzi necessarj, ed opportuni, che gode il Procurator Generale del Fisco, e della Nostra Camera Apostolica, vogliamo, & ordiniamo, che debba intervenire, ed assistere nella Congregazione Criminale dell' Uditor Generale, della medesima Nostra Camera, nel di cui Tribunale specialmente si sogliono agitare, e giudicare simili Cause. Volendo parimente, che si debbano comunicare *gratis* al detto Promotor Fiscale i Processi, e tutti gli Atti, come appunto si comunicano al Fisco, siccome eseguire *gratis* le citazioni, come si eseguiscono per lo stesso Fisco, e che alle spese necessarie delle copie, e stampe delle scritture tutte, facienti per dette Cause, provveda la Nostra stessa Camera Apostolica, nella forma appunto, e secondo, che si pratica per lo sudetto Fisco dal nominato Procurator Fiscale Generale. Et accioche detto Promotor Fiscale sia udito in qualsivoglia atto, vogliamo, che debba essere in tutte, e singole le sudette Cause citato in Giudizio, con sottoscrivere esso le citazioni nel modo, e forma, si sottoscrivono dal detto Procurator Fiscale; talmente che, non essendo sottoscritta alcuna citazione, nè citato detto Promotore, sia l'atto soggetto al vizio di nullità per difetto di citazione. Dichiarando però, che il presente Nostro Moto proprio in tutte, e singole parti, quivi disposte, debba haver luogo solamente in quelle Cause, nelle quali si faranno le istanze in nome de' soli Promotori Fiscali per debito del loro officio, e non già quando stassero in Giudizio, e volessero allegare,  
e scri-

e scrivere in difesa delle proprie ragioni gli aderenti al Fisco , talmente , che in questi tali casi non dovrà il detto Promotor Fiscale Generale esser tenuto ad alcuna opera , nè la Nostra Camera Apostolica soccombere à veruna spesa, nè alcun altro sentirne qualsivisia peso , ò incomodo . Vogliamo per ultimo , e decretiamo , che la Congregazione de' Vescovi , e Regolari , e l'Uditore Generale della Nostra Camera Apostolica debbano rispettivamente invigilare per la piena osservanza di tutto quello , che viene da Noi disposto , & ordinato nel presente Moto proprio , e che questo , da registrarsi per gli Atti del suddetto Uditore della Camera , e del Notaro della medesima Congregazione de' Vescovi , e Regolari ne' suoi Libri , habbia in ogni tempo il suo pieno effetto , vigore , & esecuzione , e contro di esso non si possa in alcun tempo opporre di orrezione , mancanza della Nostra volontà , & intenzione , nè qualsivoglia difetto, benchè degno di espressa , speciale , & individua menzione , e che non si possa diversamente interpretare , ò giudicare ; dichiarando nullo , & irrito tutto ciò , che da qualunque persona in contrario scientemente , ò ignorantemente si facesse , ò si attentasse ; non ostanti quanto à tutte , e singole cose premesse , che non vi siano stati citati , nè sentiti chi vi haveffe , ò potesse haveere interesse, la Regola della Nostra Cancelleria *de Jure quaesito, non tollendo*, le facultà , e privilegj, conceduti à tutti i sopradetti , la Bolla della riforma di Paolo V. , ed ogni, e qualunque altra Costituzione, ed Ordinanza Apostolica de' Nostri Predecessori , Leggi Civili , e Canoniche , Statuti , Riforme , Usi , Stili , Consuetudini , e qualunque altra cosa , che facesse , ò potesse fare in contrario ; alle quali tutte , e singole , havendo il loro tenore qui per espresso , e di parola in parola inserito , per l'effetto suddetto , e per questa volta sola pienamente deroghiamo , perchè tale è la Nostra certa , espressa , e determinata volontà , e mente . Dato dal Nostro Palazzo Apostolico nel Quirinale, questo dì 12. Luglio 1724.

**Benedictus Papa XIII.**

## XV.

## DECRETUM

## Fel. rec. CLEMENTIS PAPÆ XI.

Circa celebrationem in Oratoriis privatis,  
emanatum 15. Decembris 1703.

*Cit. Tit. XV. Cap. II. pag. 49.*

*Ad Tit. De ce-  
lebr. Missarum.*

**N**ONNULLI Episcopi, & complures Regulares, sub prætextu privilegiorum, ea sibi licere putant, quæ prohibita sunt; siquidem Episcopi, etiam in aliena Diœcesi, extra domum propriæ habitationis, in privatis Laicorum Domibus erigi faciunt Altare, ibique per unum, aut plures è suis Cappellanis vivificam Christi hostiam immolari; Regulares verò in quibusdam Magnatum, seu aliarum Nobilium personarum privatis Oratoriis, quæ certis quandoque ex causis à Sede Apostolica concedi solent, celebrare audent, vel plures Missas, quàm in iis sit indultum, vel absque præsentia personarum, quarum contemplatione gratiosa concessio emanavit, vel extra debitas horas, & post meridiem, vel illis etiam diebus, quibus per Constitutiones Diœcesanas, aut etiam Decreta Sac. Congregationis Concilii celebrari prohibentur, aut quæ in ipsis indultis Apostolicis excipiuntur, quominus in illis celebrari possint, aut etiam Altari portatili uti non verentur, in sanctarum sanctionum contemptum, ac sancti Sacrificii irreverentiam. Quamobrem ad abusum hujusmodi eliminandos, & ad instaurandam venerationem, tremendo mysterio debitam, Sanctissimus Dominus Noster, ex unanimi voto S. R. E. Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum, inhærendo declarationibus, aliàs hac de re editis, expressè declarat: Episcopis, & his majoribus Prælatibus, etiam Cardinalatus dignitate fulgentibus, neque sub prætextu privilegii clausi in corpore juris, neque alio quoque titulo, nullo modo licere extra domum propriæ habitationis, in domibus laicis, etiam in propria Diœcesi, quod fortius intelligitur in aliena, etiam si Diœcesani consensus adhiberetur, erigere  
Altare,



Altare, ibique sacrosanctum Missæ sacrificium celebrare, sive celebrari facere. Ac pari modo in Oratoriis privatis, quæ per Sanctam Sedem concessa fuerint, non licere Regularibus cujuscvis Ordinis, aut Instituti, seu Congregationis, etiam Societatis Jesu, aut etiam cujuscumque Ordinis Militaris, etiam S. Joannis Hierosolymitani, aut aliis quibuscumque Sacerdotibus, etiamsi essent Episcopi, in iis celebrare in diebus Paschatis, Pentecostes, Nativitatis Christi Domini, aliisque anni festis solemnioribus, ac diebus in Indulto exceptis: in reliquis verò diebus, prædictis Regularibus, & Sacerdotibus quibuscumque, etiam Episcopis, in præfatis Oratoriis celebrare non licere, ubi etiam unica Missa, quæ in Indulto conceditur, fuerit celebrata; super quo celebraturus teneatur diligenter inquirere, & de eo se optimè informare; atque illa etiam in casibus præmissis celebrari nequeat post meridiem: demandando ulterius, & declarando in omnibus hujusmodi casibus, personas quascumque dictas Missas audientes, nullatenus præcepto Ecclesiæ satisfacere. Quo verò ad Altare portatile, iterum inhærendo declarationibus supradictis, censuit licentias, seu privilegia, concessa nonnullis Regularibus in Cap. *In his de priv.* per aliquos Summos Pontifices aliis Regularibus communicata, utendi dicto Altari portatili, in eoque celebrandi, absque Ordinariorum licentia in locis, in quibus degunt, omnino revocata esse per idem Concilium ( Tridentinum), atque idcirco eosdem Regulares prohibendos, ne illis utantur, ac mandandum, prout præsentis tenore mandat Episcopis, aliisque Ordinariis locorum, ut contra quoscumque contravenientes, quamvis Regulares, procedant, etiam tamquam Sedis Apostolicæ delegati, ad pœnas præscriptas per idem Sac. Concilium in dicto decreto *sess. 22. cap. unico*, usque ad censuras latæ sententiæ; tributa etiam iisdem facultate per hoc decretum, ita procedendi, perinde, ac si per Sanctam Sedem specialiter concessa fuisset: & ita Sanctitas Sua declarat, & servari mandat &c.

C O N S T I T U T I O  
S A N C T I S S I M I D O M I N I N O S T R I  
B E N E D I C T I P A P Æ X I I I .

Qua confirmantur, & innovantur literæ, à fan.  
mem. Innocentio Papa XIII. editæ super Ec-  
clesiastica Disciplina in Regnis Hispa-  
niarum, cum aliis Ordinationibus.

*Cit. Tit. XV. Cap. III. pag. 50.*

B E N E D I C T U S  
P A P A X I I I .

*Ad perpetuam rei memoriam.*

*Ad Tit. De ce-  
lebr. Missarum.*

Confirmationis  
motiva.

**I**N Supremo Militantis Ecclesiæ Solio per ineffabilem Di-  
vinæ Sapientiæ, atque bonitatis abundantiam, nullo licet  
meritorum Nostrorum suffragio constituti, ea, quæ à Ro-  
manis Pontificibus Prædecessoribus Nostris ad Ecclesiasticam  
disciplinam factam, tectamque tuendam, & ubi collapsa est  
instaurandam providè disposita esse noscuntur, Apostolici mu-  
niminis Nostrî patrocínio libenter constabilimus, novisque  
præsidis, ut exactius ferventur, corroboramus, sicut ad omni-  
potentis Dei gloriam, Ecclesiæ decus, specialemque Christifi-  
delium ædificationem, expedire in Domino arbitramur. Aliàs  
siquidem emanarunt à fel. rec. PP. Innocentio XIII. Præde-  
cessore Nostrò, literæ, tenoris, qui sequitur, videlicet;

Constitutio In-  
nocentii XIII.  
super Ecclesiasti-

„ INNOCENTIUS PP. XIII. Ad perpetuam rei me-  
„ moriam. Apostolici ministerii, quod Nobis, licet imme-  
„ rentibus, imposuit Superni dispositio Consilii, ratio præci-  
„ pue exigít, ut Ecclesiasticæ Disciplinæ in iis, qui in fortem

Do-

„ Domini vocati sunt, aut servandæ, aut ubi opus fuerit,  
 „ restaurandæ, juxta sacrorum Canonum instituta, & sanctis-  
 „ simas Ecclesiæ leges, & ordinationes omni studio advigile-  
 „ mus; post enim primi Parentis lapsum, semper ad inferiora  
 „ nos deprimit humanæ mortalitatis infirmitas, & carnis fra-  
 „ gilitate observantiæ vigor paulatim relaxatur; unde & de  
 „ mundano pulvere religiosa etiam corda fordescere, & in  
 „ ipso Agro Domini spinas, ac tribulos identidem germinare,  
 „ quotidiana experientia edocemur: quòd si noxia inde evel-  
 „ lantur, & utilia plantentur, dubitandum non est, quin  
 „ uberius, benedicente Domino, electi Sanctorum operum  
 „ frumenti messis exurgat, omnisque Populus in via Domini,  
 „ prælucente Clero, feliciter progrediatur. Cum itaque Di-  
 „ lectus Filius Noster Ludovicus S. R. E. Cardinalis Belluga,  
 „ & Moncada nuncupatus, Ecclesiæ Carthaginen. ex conces-  
 „ sione, & dispensatione Apostolica Præsul, in ipsis Pontifi-  
 „ catus Nostri primordiis, Nobis exposuisset, nonnulla Ec-  
 „ clesiasticæ disciplinæ rationibus, ac saluberrimis Sacri  
 „ Œcumenici Concilii Tridentini Decretis haudquaquam  
 „ consentanea, sensim in diversis Inclytæ Nationis Hispa-  
 „ nicæ locis obrepissæ, iisque ut opportunum remedium  
 „ abhiberetur à Nobis, quibus est commissæ plenitudo sollici-  
 „ tudinis, nedum ipse Ludovicus Cardinalis, & Præsul, sed  
 „ & alii Ven. Fratres Archiepiscopi, & Episcopi Regnorum  
 „ Hispaniarum humiliter postulassent; eorumque enixis pre-  
 „ cibus sua etiam studia, ac vota charissimus in Christo Filius  
 „ Noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus, pro ejus sin-  
 „ gulari pietate, & eximio Christianæ Religionis zelo, datis  
 „ hac de re ad Nos pluribus literis, conjunxisset: Nos Con-  
 „ gregationi particulari nonnullorum ex Venerabilibus Fra-  
 „ tribus Nostri ejusdem S. R. E. Cardinalibus Concilii Tri-  
 „ dentini Interpretibus, à Nobis deputatorum, rem omnem  
 „ sedulò examinandam demandavimus. Id autem cum ab  
 „ ipsa Congregatione Cardinalium, ea, qua par erat, maturi-  
 „ tate præstitum, illiusque sententia ad Nos per ejusdem Con-  
 „ gregationis Secretarium relata fuerit; de memoratorum  
 „ Cardinalium consilio, congruum, & opportunum duximus,  
 „ ea, quæ infra sequuntur, ad Omnipotentis Dei gloriam,  
 „ Ecclesiæ utilitatem, veteris disciplinæ instaurationem, &  
 „ spiritualem Regnorum Hispaniarum ædificationem, hac  
 „ Nostra perpetuò valitura Constitutione statuere, decernere,  
 „ & declarare.

ca disciplina in  
 Hispaniarum  
 Regnis.

1 „ Primùm igitur, cum à Patribus memorati Concilii  
 „ Tridentini, Divino afflante spiritu, sapientiffimè animad-  
 „ verium fuerit, quantum Christianæ Reipublicæ interfit, ac-  
 „ curatum haberi delectum circa eos, quibus Sacra Ministeria  
 „ committenda sunt, & in quorum vitam ceteri Fideles ju-  
 „ giter oculos conjicientes, sumpturi inde sunt exemplum,  
 „ quod imitentur; proptereaque providè ab iisdem Patribus  
 „ cautum fuerit, Ecclesiasticæ Militiæ per primam Tonsuram  
 „ adscribendos nonnisi illos esse, qui probabilem præbeant  
 „ conjecturam, se non sæcularis judicii declinandi consilio,  
 „ sed sincero animo præstandi fidelem cultum, ac servitium  
 „ Deo, hoc vitæ genus elegisse, volumus, ut, pro tutiori ipsius  
 „ Conciliaris sanctionis executione, ab omnibus Regnorum  
 „ Hispaniarum hujusmodi Archiepiscopis, & Episcopis, non  
 „ alii ad primam Tonsuram in posterum admittantur, quàm  
 „ quibus Ecclesiasticum aliquod Beneficium statim conferen-  
 „ dum sit; aut quos constiterit literarum studio operam sic  
 „ dare, ut quasi in via ad Ordines, tum Minores, tum etiam  
 „ deinde Majores suscipiendos versari videantur; vel demum  
 „ quos viderint expedire alienius Ecclesiæ servitio, vel mini-  
 „ sterio deputari.

2 „ Et tam in his, qui ad primam Tonsuram, quàm in  
 „ aliis, qui promoveri ad Ordines etiam minores optaverint,  
 „ omnino servetur pariter regula ab eodem Concilio Triden-  
 „ tino tradita; nimirum, ut nullus ordinetur, qui judicio sui  
 „ Episcopi non sit utilis, aut necessarius suis Ecclesiis, quique  
 „ illi Ecclesiæ, aut pio loco, pro cujus utilitate, aut necessitate  
 „ assumitur, non adscribatur, ubi re ipsa functiones muneris  
 „ suo consentaneas exercent. Quòd si qui modò reperiantur,  
 „ vel Clericali Tonsura jam initiati, vel ad Ordines sive mi-  
 „ nores, sive majores jam promoti, qui nulli certæ Ecclesiæ,  
 „ vel loco pio adscripti fuerint: Episcopi adscriptionem hu-  
 „ jusmodi, vel à seipsis, vel à Prædecessoribus suis omisam,  
 „ statim suppleant, non minùs quoad omnes in majoribus  
 „ Ordinibus, etiam Presbyteratus, constitutos, quàm quoad  
 „ eos, qui vel sola prima Tonsura, vel minoribus Ordinibus  
 „ initiati, Beneficium tamen Ecclesiasticum possident. Ex  
 „ reliquis autem, ut præfertur, vel sola prima Tonsura infi-  
 „ gnis, vel in minoribus Ordinibus constitutis, sed Beneficio  
 „ carentibus, nonnisi eos adscribant, quos Ecclesiis suis uti-  
 „ les, vel necessarios esse judicaverint. Ceterum antedictæ  
 „ adscri-

„ adscriptionis executionem differri posse per aliquod tem-  
„ poris spatium, quod ipsis Episcopis conveniens videbitur,  
„ permittimus quoad eos, qui à Diœcesi, in qua Tonsuram,  
„ vel Ordines susceperunt, causa ediscendi literarum scien-  
„ tias in aliqua publica Universitate, vel Gymnasio, sive ex  
„ alia rationabili causa à suo Episcopo approbata, vel appro-  
„ banda, absentes reperiantur.

3 „ Cum autem Clerici, qui in Episcopalibus Seminariis  
„ educantur, ut commodius ad literarum, sacrarumque re-  
„ rum studium operam conferre, aliisque, à Concilio Triden-  
„ tino præscriptis, addiscendis magis assiduè incumbere pos-  
„ sint, teneantur juxta ejusdem Concilii Decretum diebus  
„ tantùm festis Cathedrali, aliisque loci Ecclesiis inservire:  
„ hanc quidem servitii, per eos obeundi, rationem servari in  
„ omnibus Hispaniarum Diœcesibus, necnon ipsos generali-  
„ bus dumtaxat totius Cleri supplicationibus, sive Processio-  
„ nibus interesse volumus, & mandamus; sublata quacumque  
„ majoris servitii consuetudine, etiam immemorabili, postpo-  
„ sitaque etiam quacumque Appellatione, aut Inhibitione. Si  
„ quod autem Seminarium reperiat, cujus fundatione aliter  
„ cautum esset ob adjectam gravioris servitii legem ab illo,  
„ qui Seminarium ipsum fundaverit, seu dotaverit, vel ei  
„ piam aliquam largitionem contulerit; Episcopi ad Nos, &  
„ pro tempore existentem Romanum Pontificem id referant,  
„ ut desuper opportunè provideri valeat.

4 „ Præterea, cum maximè deceat eos, qui propius ad  
„ sacratissima Mysteria accessuri sunt, ultra cetera requisita,  
„ congruenti etiam pollere scientia, qua præditi, viam salutis  
„ indicare aliis Christifidelibus possint: Episcopi nonnisi eos  
„ ex Clero tam Sæculari, quàm Regulari ad Sacros Ordines  
„ admittant, quos ob scientiam, aliasque qualitates eo gradu  
„ verè dignos per diligentem inquisitionem compererint;  
„ adeo ut satis non sit illos, qui promoveri ad Ordines prædi-  
„ ctos optant, linguam latinam intelligere, Cathéchismo in-  
„ structos esse, atque aptè respondere quæstis circa Ordinem  
„ suscipiendum sibi in examine propositis. Qui verò ad Pre-  
„ sbyteratum erunt assumendi, idonei priùs per accuratum  
„ similiter examen comprobentur ad ministranda Sacramen-  
„ ta, & ad Populum docendum ea, quæ scire omnibus neces-  
„ sarium est ad salutem: quod quidem ut rectè præstari possit,  
„ eosdem Episcopos in Domino hortamur, ut quantum fieri  
„ potest,

„ potest, eos tantum ad Sacerdotium assumant, qui saltem  
 „ Theologiæ moralis competenter periti sint.

5 „ Quod si domicilium in una Diœcesi habentes, Bene-  
 „ ficiam verò in altera, ordinari ad ejusdem Beneficii titulum  
 „ optaverint ab Episcopo, in cujus Diœcesi Beneficiam hujus-  
 „ modi situm est, Episcopus domicilii debeat eos, si in suam  
 „ Diœcesim reversuri sunt, super scientia, vel idoneitate  
 „ examinare ante concessionem literarum testimonialium,  
 „ super eorum natalibus, ætate, moribus, & vita, juxta Con-  
 „ stitutionem sel. rec. Innocentii Papæ XII. Prædecessoris  
 „ Nostri, quæ incipit *Speculatores*, obtinendarum; addito  
 „ quoque compertæ idoneitatis testimonio in iisdem literis:  
 „ hæque concedi nullatenus debeant, si antedicto examine  
 „ tamquam habiles approbati non fuerint, iisque juxta præ-  
 „ missam formam non impetratis, minimè possint ab alio  
 „ Episcopo, cui etiam ratione obtenti Beneficii subjecti sint,  
 „ ad Ordines promoveri: sique secus fiat, Ordinans quidem  
 „ à collatione Ordinum per annum, Ordinatus verò à susce-  
 „ ptorum Ordinum executione, quamdiù proprio Ordinario  
 „ videbitur expedire, eo ipso suspensus sit, aliisque insuper gra-  
 „ vioribus pœnis, pro modo culpæ, Nostro, & pro tempore  
 „ existentis Romani Pontificis arbitrio, infligendis, uterque  
 „ subiaceat. Cumque etiam, juxta memoratam Innocentii  
 „ Prædecessoris Constitutionem, ratione, ac titulo Beneficii  
 „ in aliena Diœcesi obtenti, non aliter liceat Ordines ab Epi-  
 „ scopo ejusdem Diœcesis suscipere, quàm si Beneficiam præ-  
 „ dictum sit ejus redditus, ut ad congruam vitæ sustentatio-  
 „ nem, detractis oneribus, per se sufficiat; declaramus, suf-  
 „ ficientiam hujusmodi præfinitam esse, non juxta Taxam  
 „ Synodalem, sive morem pro promovendis ad Sacros Ordi-  
 „ nes vigentem in loco prædicti Beneficii (nisi tamen illud  
 „ continuam, & præcisam residentiam requirat), sed juxta  
 „ Taxam, vel, ea deficiente, juxta morem, in alio loco do-  
 „ micilii vigentem.

6 „ Porrò ad sartam, tectamque servandam Ecclesiasti-  
 „ cam disciplinam non minus momenti habet, quòd Clericali  
 „ militiæ nomen dare non permittatur iis, qui haud satis ido-  
 „ nei sint, quàm quòd, eidem militiæ jam adscripti, laudabi-  
 „ lem vivendi rationem sectentur, eamque morum exhibeant  
 „ innocentiam, quæ sanctitati suscepti instituti respondeat,  
 „ multòque magis, quòd abstineant iis, quæ à Sacris Cano-  
 „ nibus

„ nibus jure , meritoque vetita sunt , uti prorsus indigna ho-  
 „ minibus , Tabernaculum Domini inhabitantibus , & vene-  
 „ rando Altaris ministerio dedicatis . Statuimus propterea ,  
 „ atque decernimus , quòd , si qui sunt Clerici , aut prima-  
 „ Tonsura , aut Ordinibus minoribus initiati , nullumque Ec-  
 „ clesiasticum Beneficium possidentes , qui , neglectis Concilii  
 „ Tridentini Decretis , habitum Clericalem , ac Tonsuram  
 „ non deferant , vel si etiam deferant , non tamen certæ Ec-  
 „ clesiæ , aut Locopio , cui ex mandato Episcopi adscripti  
 „ fuerint , inserviant , sive in Seminario Ecclesiastico , vel in  
 „ aliqua Schola , aut Universitate de licentia sui Ordinarii  
 „ non versentur ; Episcopi , nulla etiam præmissa monitione ,  
 „ eos privilegio Fori privatos declarent , eorumque adscri-  
 „ ptionem servitio certæ Ecclesiæ antea factam deleri ju-  
 „ beant . Sique ii meliorem vitæ rationem non inierint , aut  
 „ etiam si alii sint , quos ex propria culpa efficiendos idoneos  
 „ promotioni ad Sacros Ordines sperari nequeat ; iidem Epi-  
 „ scopi , servata forma à Sacris Canonibus tradita , ad priva-  
 „ tionem aliorum Clericalium Privilegiorum contra ipsos  
 „ procedant . Ubi verò reperiantur Clerici Capellanas , vel  
 „ Beneficia , cujuscumque etiam tenuis redditus , obtinentes ,  
 „ quorum improba vita , aliis offensionem præbens , destruat  
 „ potius , quàm ædificet , vel concubinarii , aut fœneratores ,  
 „ vel ebrietati , ludivse alcarum dediti , vel satores rixarum ,  
 „ vel negotiatores , vel arma gestantes , vel incertis sedibus  
 „ vagantes , vel Clericalem habitum , Tonsuramque non de-  
 „ ferentes , vel Ecclesiastica Immunitate in fraudem tributo-  
 „ rum , & vectigalium , à Laicis non exemptis solvendorum ,  
 „ temerè abutentes , vel qui demum similia , aut majora cri-  
 „ mina patrant , numero magis , quàm merito ad Ecclesiam  
 „ pertinere visi fuerint ; Episcopi , præmissis tamen necessariis  
 „ monitionibus , servatisque aliis de jure servandis , contra  
 „ ipsos , ad pœnas à Romanis Pontificibus Prædecessoribus  
 „ Nostris , & à Sacris Conciliis impositas , & etiam ad pri-  
 „ vationem Beneficiorum , Capellaniarum , & Ecclesiastico-  
 „ rum Officiorum , in omnibus illis casibus , in quibus prædicta  
 „ privatio à Sacris Canonibus imposita est , humanis quibus-  
 „ cumque rationibus posthabitis , procedant , memores , seipsos  
 „ neglectæ subditorum emendationis condignas , Deo vindic-  
 „ ce , pœnas persoluturos .

7 „ Sed & cum Personæ Ecclesiasticæ nunquam satis in

„ obsequiis supremo Numini exhibendis, iisque præstandis,  
 „ quæ eorum statui consentanea sunt, exerceri valeant; plu-  
 „ rimum in Domino commendamus pium morem in plerif-  
 „ que Hispaniarum Diœcesibus vigentem, ut Clerici tam in  
 „ minoribus, quàm in majoribus Ordinibus constituti, atque  
 „ etiam Presbyteri, tametsi Beneficia, vel Officia Ecclesia-  
 „ stica non habentes, superpelliceo induti in Ecclesiis, quibus  
 „ adscripti fuerint, Missæ Conventuali cum cantu celebratæ,  
 „ necnon primis, & secundis Vesperis Officii, diebus Domini-  
 „ cis, aliisque Festis assistant. Quin imò enixè hortamur, ut  
 „ Episcopi aliarum Diœcesum, in quibus mos ille institutus  
 „ hæctenus non fuerit, id in posterum fervari curent in omni-  
 „ bus, ac insuper satagant, ut omnes Ecclesiastici prædicti  
 „ etiam collationibus habendis coram Parochis suis, vel aliis  
 „ ab Episcopo deputatis, super casibus, conscientiæ forum con-  
 „ cernentibus, & super ritibus, ac cæremoniis sacris intersint.

8 „ Et quoniam in prædictis Hispaniarum Regnis reperiri  
 „ intelleximus Beneficia, & Capellanas, etiam de Jurepa-  
 „ tronatus, vel Ecclesiasticorum, vel Laicorum, nullo tamen  
 „ certo proventu instructas, vel adeo tenui, ut nec ad dimi-  
 „ diam, nec ad tertiam partem congruæ, pro Clericis ad Sa-  
 „ cros Ordines promovendis necessariæ, ascendat; malis haud  
 „ quidem levibus inde erumpentibus occurrere cupientes,  
 „ statuimus, & mandamus, quòd Episcopi ad Beneficiorum,  
 „ & Capellaniarum, quæ nullum certum redditum habent,  
 „ suppressionem statim deveniant. De aliis verò Beneficiis, &  
 „ Capellaniis, quarum certus annuus fructus ad memoratam  
 „ saltem tertiam congruæ partem non ascendit, decernimus,  
 „ nulli in posterum conferendam esse primam Tonsuram ra-  
 „ tione juris assequendi aliquod ex dictis Beneficiis, & Ca-  
 „ pellaniis. Utque Patronatum jura, quantum fieri possit,  
 „ salva remaneant; liceat Patronis tam Ecclesiasticis, quàm  
 „ Laicis ad dicta Beneficia, & Capellanas nominare, non  
 „ tamen veluti ad Beneficia Ecclesiastica, requirentia in no-  
 „ minandis, primam Tonsuram, sed tanquam ad legata pia;  
 „ & nominati, tametsi primam Tonsuram non habentes, ea  
 „ retinere possint uti pia legata, cum onere adimplendi omnia  
 „ onera, à Fundatoribus injuncta.

9 „ Non sine gravi animi Nostri dolore etiam accepimus,  
 „ quòd, quamquàm Tridentina Synodus decreverit, omnes, qui,  
 „ Parochiales, vel alias, curam animarum annexam habentes,  
 „ Ec-



„ Ecclesias quocumque modo obtinent, debere diebus saltem  
 „ Dominicis, & Festis solemnibus plebes, sibi commissas, pro  
 „ sua, & earum capacitate pascere salutaribus verbis, docen-  
 „ do ea, quæ Christi fideles ad salutem scire oportet, ac expli-  
 „ cando Divinæ legis præcepta, Fideique dogmata, puerosque  
 „ ejusdem Fidei rudimentis imbuendo, & brevi, facilique  
 „ sermone vitia denuntiando, quæ declinare, & virtutes, quas  
 „ sectari oporteat; nihilominus nonnulli Parochialium Ec-  
 „ clesiarum Rectores, hæc, quæ suarum partium adeo sunt,  
 „ prætermittunt, culpam hujusmodi à se amoliri nitentes,  
 „ vel pretextu immemorabilis, sed quidem prævæ consuetu-  
 „ dinis, vel quia hæc ab ipsis præstari necesse non videatur,  
 „ suppetente nimirum copia aliorum habentium sacras Con-  
 „ ciones in aliis Ecclesiis, itemque imbuentium pueros My-  
 „ steriis Fidei, vel in scholis, vel in compitis. Ne itaque sub  
 „ inani istarum, aliarumque similium excusationum pretextu  
 „ tanta Christianæ Reipublicæ perniciës fruatur, districtè  
 „ præcipimus singulis Hispaniarum Archiepiscopis, & Episco-  
 „ pis, ut omnino efficiant, quod omnes ii, qui animarum  
 „ curam gerunt, munia prædicta per seipsos, vel, si legitime  
 „ impediti fuerint, per alios idoneos diligenter exequantur.  
 „ Si verò aliqui non satis habiles ad illa obeunda reperiantur;  
 „ iidem Archiepiscopi, & Episcopi per alios, à se deputandos,  
 „ sumptibus Parochorum minus idoneorum opportunè sup-  
 „ pleri curent: & in posterum Beneficia, quibus animarum  
 „ cura imminet, nonnisi verè idoneis ad memorata Officia,  
 „ per se ipsos adimplenda, conferantur.

10 „ Præterea, ne Constitutionis Sancti Pii V. etiam  
 „ Prædecessoris Nostri, in qua taxatur congrua fructuum  
 „ portio, Vicariis perpetuis animarum curam exercentibus  
 „ assignanda, interpretationem ab ejus sententia alienam fieri  
 „ contingat, declaramus, Constitutionem illam pertinere  
 „ dumtaxat ad Vicarios perpetuos illarum Ecclesiarum Pa-  
 „ rochialium, quæ aliis Ecclesiis, Monasteriis, Collegiis, Be-  
 „ neficiis, & Locis piis unitæ sint: necnon, portionem annuam  
 „ fructuum, quæ ibidem statuitur assignanda ipsis Vicariis in  
 „ summa non majori, quàm centum, nec minori, quàm quin-  
 „ quaginta scutorum, intelligi debere de scutis argenteis ju-  
 „ liorum decem monetæ Romanæ pro quolibet scuto.

11 „ Quoties itaque in aliis Parochialibus Ecclesiis, quæ,  
 „ ut præfertur, unitæ non sint, oportuerit ex aliqua justa cau-

„ sa provideri per Coadjutores Parochorum, aut per Vicarios  
 „ temporarios; curæ erit Episcopis, pro data sibi à Tridentina  
 „ Synodo potestate partem fructuum, prædictis Coadjutori-  
 „ bus, aut Vicariis assignandam, determinare in ea quantitate,  
 „ quæ pro suo prudenti arbitrio, & conscientia conveniens vi-  
 „ debitur, ratione videlicet habita reddituum, & emolumentorum  
 „ Ecclesiæ Parochialis, in qua deputati fuerint, necnon  
 „ iuspectis conditionibus loci, numero animarum, qualitate  
 „ laboris, & quantitate impensarum, quas commissi officii  
 „ necessitas postulaverit. Quòd si Parochi ab Episcopis mo-  
 „ niti, congruo iisdem termino præfixo, Coadjutores, sive  
 „ Vicarios temporarios, quoties opus fuerit, assumere negle-  
 „ xerint, poterunt ipsi Episcopi eos, quos huic muneri idoneos  
 „ censuerint, auctoritate propria deputare cum assignatione  
 „ antedictæ portiois fructuum. Et nihilominus, ubi etiam  
 „ prædicti Coadjutores, aut Vicarii temporarii à Parochis no-  
 „ minati, vel assumpti fuerint, de eorum idoneitate Episcopis  
 „ constare per examen debeat, antequam ad exercitium ad-  
 „ mittantur; nec satis sit, quòd ad Confessiones audiendas  
 „ antea fuerint approbati, nisi aliis etiam qualitatibus, ad cu-  
 „ ram animarum rectè exercendam opportunis, præditi no-  
 „ scantur. Quibus si careant, nec Parochi deinde intra alium  
 „ similem terminum, ab Episcopis præfigendum, alios verè ido-  
 „ neos nominaverint: tunc pariter ad ipsos Episcopos liberè  
 „ spectet deputatio cum dicta congruæ assignatione; nec ulla  
 „ Parochorum contradictio, aut exemptio, aut appellatio,  
 „ aut cujuscumque Judicis inhibitio executionem deputatio-  
 „ nis, & assignationis certæ partis fructuum in casibus præmis-  
 „ sis suspendere possit, itemque non obstante qualibet contra-  
 „ ria consuetudine, etiam immemorabili.

12 „ Verùm quia non satis animarum curæ, & necessita-  
 „ tibus quandoque consultum est per hoc, quòd ad obeunda-  
 „ Parochialia munia alii Sacerdotes Parochis adjungantur,  
 „ sed majora remedia adhiberi oportet, quoties nempe ob  
 „ locorum distantiam, sive itineris difficultatem Parochiani  
 „ sine magno incommodo pro Sacramentis percipiendis, Di-  
 „ vinisque Officiis audiendis accedere ad Ecclesiam Parochia-  
 „ lem nequeant; tunc quidem meminerint Episcopi, licere sibi  
 „ pro suo arbitrio, invitis etiam Rectoribus, vel intra easdem  
 „ Parochias destinare alias Ecclesias, in quibus Sacerdotes Pa-  
 „ rochorum Coadjutores Sacramenta ministrent, & Divinum cul-

„ cultum exhibeant ; vel novas Parochias , novasque Paro-  
 „ chiales Ecclesias à veteribus distinctas constituere , iisque  
 „ novos Parochos præficere , assignata ex redditibus , ad vete-  
 „ rem Parochialem Ecclesiam quomodocumque pertinenti-  
 „ bus , convenienti portione ad victum eorum , qui , vel tam-  
 „ quam Coadjutores in dictis aliis Ecclesiis deputati , vel  
 „ tamquam distincti , & independentes Parochi curam anima-  
 „ rum exercuerint ; nulla ad præmissa impedienda suffragante  
 „ appellatione , aut inhibitione .

13 „ Cum ad præscriptum quoque Tridentinæ Synodi  
 „ Episcopis is honor tribuendus sit , qui eorum dignitati  
 „ convenit , eisque in Choro , & in Capitulo , in Procef-  
 „ sionibus , & aliis actibus publicis primus locus esse de-  
 „ beat , & præcipua omnium rerum agendarum auctoritas ;  
 „ mandamus id religiosè , ac perpetuò observari in omnibus  
 „ actibus , adeo justæ hujusmodi præeminentiæ , & auctoritati  
 „ consentaneis , non obstantibus privilegiis etiam ex fundatio-  
 „ ne competentibus , consuetudinibus etiam immemorabili-  
 „ bus , sententiis , juramentis , & concordiiis , quæ suos tantum  
 „ obligent Auctores .

14 „ Præterea , ut claustralis quoque disciplinæ vigor illi-  
 „ batus permaneat , Pontificiæ Nostræ sollicitudinis partes  
 „ etiam duximus interponendas . Cum itaque experientia  
 „ compertum fuerit quantum detrimenti illi afferatur , ex quo  
 „ plures ad religiosum habitum admittantur , quàm vires red-  
 „ dituum patiantur ; moderno , ac pro tempore existenti No-  
 „ stro , & Apostolicæ Sedis in iisdem Hispaniarum Regnis  
 „ Nuntio per præsentés committimus , & mandamus , ut cu-  
 „ ret , & vigilantiam adhibeat , ne contra præscriptum me-  
 „ morati Concilii Tridentini in Monasteria , Conventus , &  
 „ Domos , tam Virorum , quàm Mulierum , sive Bona immo-  
 „ bilia possideant , sive non possideant , major numerus reci-  
 „ piatur , quàm qui , vel ex proventibus propriis ipsorum Mo-  
 „ nasteriorum , Conventuum , aut Domorum , vel ex consuetis  
 „ elemosynis , aliivè quibuscumque obventionibus , in com-  
 „ mune tamen conferendis , commodè possit sustentari .

15 „ Quoties verò Regulares ad Ordines erunt promo-  
 „ vendi , servetur omnino Decretum Congregationis Cardi-  
 „ nalium Concilii Tridentini Interpretum , à piæ memoriæ  
 „ Clemente Papa VIII. Prædecessore etiam Nostro , confirma-  
 „ tum die 15. Martii 1596. , quo sancitur , non ad alium , quàm  
 ad

„ ad Episcopum Diœcesanum literas dimissorias pro eorum-  
 „ dem Ordinum susceptione à suis Superioribus esse dirigen-  
 „ das, præterquam in casu, quo Diœcesanus à Diœcesi abes-  
 „ set, vel Ordinationes non esset habiturus; quo etiam casu  
 „ in literis dimissoriis, ad alium Episcopum dirigendis ex-  
 „ pressa fieri debeat mentio, vel de prædicta Episcopi Diœce-  
 „ sani absentia, vel de illa alia causâ, videlicet, quòd Ordi-  
 „ nationes non sit habiturus: exceptis tamen, quoad prædicta,  
 „ Regularibus illis, quibus per speciale privilegium à Sede,  
 „ Apostolica post Concilium Tridentinum fuerit concessum,  
 „ ut à quolibet Catholico Antistite Ordines suscipere possint,  
 „ super quo Indulto nihil per præsentis innovare intendimus.  
 „ Noverint autem Episcopi, se debere per semetipsos, secluso  
 „ ægrotationis casu, Ordines conferre, & sacrorum Ordinum  
 „ collationem statutis à jure temporibus, ac in Cathedrali  
 „ Ecclesia, vocatis, & adstantibus Canonicis, publicè haben-  
 „ dam esse; vel si in alio Diœcesis loco, semper tamen in  
 „ Ecclesia, quantum fieri poterit digniori, & præsentem Clero  
 „ ejusdem loci. Ne verò incertitudo, an ipsi Ordinationes sint  
 „ habituri, nimis grave afferat incommodum promovendis,  
 „ varia Diœcesis loca inhabitantibus; per mensem ante sin-  
 „ gulis vicibus publico Edicto ab iisdem Episcopis denuntietur,  
 „ se Ordinationes esse habituros, adeo ut quoties denun-  
 „ tiatio hujusmodi facta non fuerit, inde satis intelligant  
 „ Regulares, Episcopum Diœcesanum Ordinationes ea vice  
 „ minimè esse habiturum, sibi que idcirco licitum futurum,  
 „ Ordines ab alio Episcopo suscipere cum literis dimissoriis  
 „ suorum Superiorum ad eum directis, servata in iis forma-  
 „ superius expressâ.

16 „ Episcopi in omnibus Mulierum Monasteriis sibi sub-  
 „ jectis, Ordinaria, in aliis verò exemptis, auctoritate Sedis  
 „ Apostolicæ, inconcussè observari curent, quæ circa San-  
 „ ctimonialium clausuram, vetitumque in dicta Monasteria  
 „ ingressum, tam in Decretis Tridentinæ Synodi, quàm in  
 „ Constitutione similis memoriæ Gregorii Papæ XIII. etiam  
 „ Prædecessoris Nostri, edita Idibus Januarii anni millesimi  
 „ quingentesimi septuagesimi quinti, providè ordinata sunt.

17 „ Perpendentes etiam Christianæ Reipublicæ in primis  
 „ expedire, ut ministerium, ac potestas clavium in remitten-  
 „ dis, retinendisque peccatis rectè exerceatur; declaramus,  
 „ Sacerdotes, tam Sæculares, quàm Regulares, qui ab Epi-  
 „ scopis

„ scopis obtinuerint licentiam audiendi Confessiones limita-  
 „ tam, vel quoad locum, vel quoad genus personarum, vel  
 „ quoad tempus, non posse Pœnitentiæ Sacramentum admi-  
 „ nistrare extra tempus, vel locum, vel genus personarum,  
 „ ab ipsis Episcopis præscriptum, quocumque privilegio, etiam  
 „ in vim Bullæ, quæ appellatur Cruciatæ Sanctæ, competente,  
 „ nullatenus suffragaturo. Cumque idem Innocentius Præde-  
 „ cessor per suas die decima nona Aprilis anni millesimi se-  
 „ ptingentesimi expeditas literas decreverit, Sacerdotibus  
 „ tam Sæcularibus, quàm Regularibus non licere Confessiones  
 „ eorum, à quibus ex Indulto prædictæ Bullæ Cruciatæ ad id  
 „ electi fuerint, audire, absque præcedenti approbatione Or-  
 „ dinarii illius Loci, in quo ipsi Pœnitentes degunt, & Con-  
 „ fessores eligunt, etiamsi ab Ordinariis aliorum Locorum,  
 „ antea approbati fuissent, ac etiamsi Pœnitentes Ordinariis  
 „ illis, qui Confessores electos approbassent, subditi essent;  
 „ necnon Confessiones aliter factas, ac respectivè exceptas,  
 „ nullas fore, irritas, & invalidas, & Confessores ipso jure  
 „ suspensos esse: Nos eandem Constitutionem approbantes,  
 „ confirmantes, & innovantes, declaramus insuper, prædictis  
 „ Sacerdotibus, tam Sæcularibus, quàm Regularibus ad Con-  
 „ fessiones excipiendas, vel ex vi prædictæ Bullæ Cruciatæ, vel  
 „ ex quocumque alio Privilegio electis, suffragari minimè  
 „ etiam posse, quòd approbati aliàs fuerint ab Episcopo illo,  
 „ qui aliquando fuerit Ordinarius Loci, in quo Confessiones  
 „ audiendæ sint, sed talis tunc temporis ampliùs non existat,  
 „ vel quia ab humanis excesserit, aut Episcopatu renuntia-  
 „ verit, vel quia ad aliam Ecclesiam auctoritate Apostolica  
 „ translatus reperiatur; sed necessariam omnino esse illius,  
 „ qui actualiter, & pro tempore Ordinariam jurisdictionem  
 „ in ea Diœcesi exerceat, approbationem. Hæc tamen suffra-  
 „ getur, etiam tacita, eaque adesse censeatur, quousque præ-  
 „ cedens licentia, sive approbatio duret, & revocata ab eo  
 „ non fuerit; in quo casu nova, & expressa impetranda erit,  
 „ si illa præcedenter obtenta, vel per temporis adscripti la-  
 „ psum expiraverit, vel per posteriorem revocationem sublata  
 „ fuisset.

18 „ Meminerint quoque Regulares, se excipere non posse  
 „ Confessiones Monialium, tametsi eorum regimini, & gu-  
 „ bernio subjctæ sint, nisi, ultra licentiam suorum Prælato-  
 „ rum Regularium, præcedat examen coram Episcopo Diœce-  
 „ sano

„ sano faciendum , ejuſque ſpecialis , quoad Confeſſiones di-  
 „ ctarum Monialium , approbatio ; remota quacumque con-  
 „ traria conſuetudine , etiam immemorabili .

19 „ Cumque, ex eodem Concilio Tridentino , Confefſor  
 „ extraordinarius bis , aut ter in anno offerri Monialibus de-  
 „ beat , qui omnium Confeſſiones audiat ; ſi in poſterum Su-  
 „ periores Regulares , quoad Monaſteria ipſis ſubjecta , toties  
 „ prædictum extraordinarium Confefſorem deputare negle-  
 „ xerint , vel ſi etiam ex proprio eodem Ordine ſemper de-  
 „ putaverint , nec ſaltem ſemel in anno ad id munus elegerint  
 „ Sacerdotem , aut Sæcularem , aut Regularem alterius diverſi  
 „ Ordinis Profefſorem ; in hiſ caſibus Epifcopi , pro ſuo arbi-  
 „ trario , & conſcientia deputationem huiuſmodi facere poſſint ,  
 „ nec illa , quovis titulo , aut prætextu , à Superioribus Regula-  
 „ ribus valeat impedi .

20 „ Epifcopi iniuper ab uſuſ omnes , qui in Eccleſiis , aut  
 „ Sæcularibus , aut Regularibus , contra præſcriptum Cæremoni-  
 „ nialis Epifcoporum , & Ritualis Romani , vel Rubricas Miſ-  
 „ ſalis , & Breviarii irrepſerint , ſtudeant omnino remove .  
 „ Et , ſi adverſus ea , quæ in dicto Cæremoniali ſtatuta ſunt ,  
 „ conſuetudinem etiam immemorabilem allegari contingat ;  
 „ poſtquam recognoverint , aut eam non ſatis probari , aut  
 „ etiam probatam ſuffragari , utpote irrationabilem , de jure  
 „ non poſſe ; executioni eorum , quæ in dicto Cæremoniali  
 „ conſtituta ſunt , diligenter incumbant ; nec ulla ſuſpenſiva  
 „ appellatio admittatur .

21 „ Sedulo pariter curent iidem Epifcopi , ut eliminentur  
 „ ab uſuſ , ſi qui forſan , tam quoad Eccleſiaſticos Sæculares ,  
 „ quàm quoad Regulares , inducti fuerint adverſus Concilii  
 „ Tridentini Decretum de obſervandis , & evitandis in cele-  
 „ bratione Miſſarum ſeſſ. 22. , & contra Regulares , ſi opus  
 „ fuerit , procedant ex Apoſtolica delegatione , in eo Decreto  
 „ ipſis indulta , poſtpoſita quacumque appellatione ſuſpenſiva ,  
 „ ſed ſolum reſervata in devolutivo ſuper quocumque dubio ,  
 „ quod excitari contingeret , declaratione Congregationis pro  
 „ pro tempore exiſtentium S. R. E. Cardinalium memorati  
 „ Concilii Interpretum .

22 „ Cumque circa Miſſarum celebrationem in privatis  
 „ Oratoriis , necnon circa uſum Altaris geſtatorii , à recol.  
 „ mem. Clemente Papa XI. Prædeceſſore etiam Noſtro , op-  
 „ portunum Decretum promulgatum fuerit die 15. Decem-  
 „ bris

„ bris anni 1703. Episcopi dent operam, ut omnia ibidem  
 „ statuta, etiam in Regnis Hispaniarum ferventur, idemque  
 „ Decretum in suis respectivè Diœcesibus, ut faciliùs omnibus  
 „ innotescat, publicari faciant; addita etiam prohibitione,  
 „ ne in privatis Regularium Cellis, sive Cubiculis erigatur  
 „ Altare pro re Sacra ibidem facienda, & contra quoscumque  
 „ contravenientes censuris etiam Ecclesiasticis procedant,  
 „ adhibita, quoad Regulares, auctoritate Sedis Apostolicæ, in  
 „ memorato Decreto ipsis delegata, remotaque quacumque  
 „ contraria consuetudine, etiam immemorabili. Declaramus  
 „ tamen, quòd cum in prædicto Decreto statuatur, non  
 „ licere Episcopis extra Dolum propriæ habitationis in Do-  
 „ mibus Laicis erigere Altare, ibique sacrosanctum Missæ  
 „ sacrificium celebrare, sive celebrari facere, hujusmodi pro-  
 „ hibitio intelligenda non sit de Domibus etiam Laicis, in  
 „ quibus ipsi Episcopi fortè occasione Visitationis, vel itineris,  
 „ hospitio excipiantur, ut nec etiam quando Episcopi in casibus,  
 „ à jure permissis, vel de speciali Sedis Apostolicæ licentia  
 „ absentes à Domo propriæ ordinariæ habitationis, morantur,  
 „ idcirco faciant in aliena Domo per modum similis habitati-  
 „ onis: his enim casibus licita iis erit erectio Altaris ad ef-  
 „ fectum prædictæ celebrationis, non secus, ac in Domo pro-  
 „ priæ ordinariæ habitationis.

23 „ Præcipimus quoque accuratè attendi, ac adimpleri  
 „ quæcumque alia præscribuntur in ejusdem Generalis Synodi  
 „ sessione 25. de Regularibus, & Monialibus. Cumque in cap.  
 „ 25. amplissimè derogetur omnibus contrariis Privilegiis, sub  
 „ quibuscumque formulis verborum conceptis, ac Mare ma-  
 „ gnum appellatis, etiam in fundatione obtentis, necnon  
 „ Constitutionibus, & Regulis etiam juratis, atque etiam con-  
 „ suetudinibus, vel præscriptionibus, etiam immemorabili-  
 „ bus; sciant omnes derogationem hujusmodi non ad ea tan-  
 „ tum referri, quæ in prædicto Capite continentur, sed etiam  
 „ ad alia, quæ in singulis superioribus Capitibus ejusdem ses-  
 „ sionis constituta sunt.

24 „ Ad hæc, ut recta in judiciis ratio fervetur, præci-  
 „ pimus, quòd ubi in Causis Criminalibus Ordinarii Locorum  
 „ in Regnis Hispaniarum processerint ex officio, hoc est, non  
 „ ad ullius querelam, sive accusationem, si ab eorundem  
 „ Ordinariorum sententiis appellatio, vel ad Sedis Apostolicæ  
 „ Nuntium, vel ad Metropolitanos interposita fuerit; tunc

„ (ne alioquin, si nullus Actoris partes gerat, delinquentes  
 „ pœnam suis criminibus debitam effugiant), Procuratores  
 „ Fiscales Tribunalis Nuntiaturæ Apostolicæ, & respectivè  
 „ etiam Curia Metropolitanæ, instantias, aliosque actus de-  
 „ super necessarios peragant, & prosequantur, ut prædictæ  
 „ Ordinariorum sententiæ justam confirmationem, & execu-  
 „ tionem obtineant. Quòd si dictis Procuratoribus Fiscalibus  
 „ non citatis, & inauditis, contrarias sententias in gradu ap-  
 „ pellationis proferri contigerit; istæ prorsus nullæ sint, ac  
 „ irritæ cum omnibus actis gestis, nullumque fortiri debeant  
 „ effectum: quin immo præcedentes Ordinariorum sententiæ  
 „ executioni mandentur, perinde, ac si appellatio ab iis in-  
 „ terposita nullatenus fuisset.

25 „ Ceterùm, cum generaliter circa appellationes, &  
 „ inhibitiones satis provisum fuerit per Constitutionem piæ  
 „ mem. Innocentii Papæ IV. Prædecessoris etiam Nostri, in  
 „ Cap. *Romana*, ac etiam per Decreta Concilii Tridentini,  
 „ itemque alia edita die 16. Octobris 1600. à Congregatione,  
 „ negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium  
 „ præposita, & à præfato Clemente VIII. Prædecessore con-  
 „ firmata, ac denique etiam alia promulgata tempore Ponti-  
 „ ficatus similis mem. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris iti-  
 „ dem Nostri, die videlicet 5. Septembris 1626., volumus, &  
 „ mandamus, quòd quidquid in omnibus memoratis Consti-  
 „ tutionibus, & Decretis statuitur, diligentissimè per omnes,  
 „ iis comprehensos, observetur in Causis ad Curias Ecclesia-  
 „ sticas pertinentibus in Regnis Hispaniarum; quacunque,  
 „ consuetudine etiam immemorabili, vel quovis privilegio,  
 „ aut stylo concedendi etiam quasdam inhibitiones, nuncupa-  
 „ tas temporarias, penitus excluso.

26 „ Quo verò ad Judices Conservatores, & modum,  
 „ ac facultatem procedendi in Causis Civilibus, quæ ad eo-  
 „ rum cognitionem pertinere possint, inviolatè custodienda  
 „ erit norma præscripta in Constitutionibus fel. rec. Inno-  
 „ centii IV., Alexandri IV., Bonifacii VIII., Gregorii XV.,  
 „ aliorumque Romanorum Pontificum, Prædecessorum No-  
 „ strorum, hac de re editis, necnon in Decretis Concilii Tri-  
 „ dentini, sub pœnis ibidem contentis, quas præsentì Nostra  
 „ Constitutione innovamus, & confirmamus; hoc etiam ad-  
 „ dito, ut iidem Judices Conservatores, & mandatorum suo-  
 „ rum Executores, exhibere debeant Episcopis, aliisque loco-  
 „ rum



„ rum Ordinariis literas suæ deputationis , quarum vigore  
 „ procedere intendant .

27 „ Enixè denique , & ex intimo Paterni cordis Nostri  
 „ sensu , omnes è religiosissima Hispanica natione monemus ,  
 „ ut memores sint , teneri se exactè , firmiter , & cum effectu  
 „ obiervare etiam omnia , & singula , in ceteris omnibus ejus-  
 „ dem Tridentini Concilii Decretis sancita . Et ne eorum  
 „ executio post hac ullo modo impediatur , aut retardetur ,  
 „ decernimus , ac declaramus , nullum pro impedienda , aut  
 „ suspendenda executione Conciliarium sanctionum ejusmo-  
 „ di , aut Decretorum , quæ ab Ordinariis edita fuerint , pro  
 „ executione pariter eorum , quæ in ipso Concilio statuta sunt ,  
 „ suffragari posse , ac debere contrarium Privilegium , quod  
 „ ante prædicti Concilii promulgationem à Sede Apostolica  
 „ obtentum fuerit , nisi etiam post ipsum Concilium fuerit in  
 „ forma specifica ab eadem Apostolica Sede confirmatum , vel  
 „ noviter concessum ; itemque obstare non posse ullum Statu-  
 „ tum , vel Concordiam , quæ à prædicta Apostolica Sede  
 „ specialiter confirmata non sit , neque quencumque longæ-  
 „ vum non usum , aut contrariam consuetudinem , vel præ-  
 „ scriptionem etiam centenariam , vel immemorabilem , nisi  
 „ forsitan præfatæ consuetudinis , aut præscriptionis materia  
 „ capax sit , & insuper consuetudo , aut præscriptio immemo-  
 „ rabilis probata jam sit , & admittà à competenti Judice per  
 „ tres Sententias conformes , vel per unam , quæ in judicatum  
 „ tranferit , nec demum quancumque appellationem , sive  
 „ inhibitionem , etiam temporariam ; reservato dumtaxat re-  
 „ cursu in devolutivo ad memoratam Congregationem Car-  
 „ dinalium ejusdem Concilii Interpretum ; quibus etiam tam-  
 „ quàm exequutoribus præsentium Nostrarum literarum , non  
 „ solum committimus , & mandamus , ut eas , ipsarumque  
 „ Decreta , & Ordinationes omnes perpetuò , & inviolabiliter  
 „ observari faciant cum eadem potestate , quæ iisdem Cardi-  
 „ nalibus à Sede Apostolica tributa est pro exequutione De-  
 „ cretorum memorati Concilii , sed etiam privativè facultatem  
 „ impertimur , quodcumque opus fuerit , interpretandi ,  
 „ explicandi , ac declarandi eandem Nostram Constitutio-  
 „ nem , omnesque , & singulas Ordinationes , in ea contentas  
 „ ( exceptis his , quæ ad Cæremoniale Episcoporum , Rituale  
 „ Romanum , & Rubricas Missalis , & Breviarii pertinent )  
 „ quatenus illis dubietas aliqua , aut difficultas emerferit ;

„ non retardata tamen interim illarum executione, adeo ut  
 „ ante hujusmodi executionem nec ullus recursus ad eandem  
 „ Congregationem Cardinalium, nec ulla super quovis dubio  
 „ consultatio promoveri possit. Decretis verò, & Declara-  
 „ tionibus, à prædicta Congregatione faciendis, postquam No-  
 „ stra, aut Romani Pontificis pro tempore existentis appro-  
 „ batio accesserit; statim quæcumque reclamatio, aut con-  
 „ sultatio omnino cessare, perpetuumque silentium desuper  
 „ impositum censeri debeat.

„ Decernentes, pariter easdem præsentis literas semper  
 „ firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque ple-  
 „ narios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad  
 „ quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in  
 „ omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respec-  
 „ tivè inviolabiliter, & inconcussè observari debere; sicque,  
 „ & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delega-  
 „ tos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejus-  
 „ dem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere  
 „ Legatos, ac Sedis præfatæ Nuntios, aliosve quoslibet, qua-  
 „ cumque præeminentia, & potestate fungentes, & functu-  
 „ ros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi,  
 „ & interpretandi facultate, & autoritate, ubique judicari,  
 „ & desiniri debere; ac irritum, & inane, si fecus super his à  
 „ quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter conti-  
 „ gerit attentari.

„ Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, No-  
 „ stra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non  
 „ tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apo-  
 „ stolicis, necnon quorumcumque Ordinum, Congregatio-  
 „ num, Institutorum, & Societatum, etiam Jesu, & quorum-  
 „ vis Monasteriorum, Conventuum, Ecclesiarum, Locorum  
 „ piorum, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione  
 „ Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis, Statutis, &  
 „ consuetudinibus, ac præscriptionibus, quantumcumque lon-  
 „ gissimis, & immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis,  
 „ & Literis Apostolicis, Ordinibus, Congregationibus, Insti-  
 „ tutis, & Societatibus, etiam Jesu, ac Monasteriis, Con-  
 „ ventibus, Ecclesiis, & Locis piis prædictis, illorumque re-  
 „ spectivè Superioribus, aliisve quibuslibet personis, etiam  
 „ specialissima mentione dignis, sub quibuscumque verborum  
 „ tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoria-  
 „ rum

„ rum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clau-  
 „ sulis, irritantibusque, & aliis Decretis, etiam Motu pro-  
 „ prio, ac ex certa scientia, & de Apostolica potestatis ple-  
 „ nitudine in genere, vel in specie, seu aliàs quomodolibet  
 „ in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & inno-  
 „ vatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum  
 „ sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus  
 „ specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad  
 „ verbum, non autem per clausulas generales, idem impor-  
 „ tantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut ali-  
 „ qua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum  
 „ omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum  
 „ exprimerentur, & infererentur, nihil penitus omisso, & for-  
 „ ma, in illis tradita, observata, eisdem præsentibus pro ex-  
 „ pressis, & intertis habentes, illis aliàs in suo robore per-  
 „ mansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat  
 „ specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis  
 „ quibuscumque.

„ Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum  
 „ transcriptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus  
 „ Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ, in di-  
 „ gnitate Ecclesiastica constitutæ, munitis, eadem prorsus  
 „ fides, tam in judicio, quàm extra illud ubique adhibeatur,  
 „ quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel  
 „ ostentæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub An-  
 „ nulo Piscatoris die XIII. Maji 1723. Pontificatus Nostri  
 „ Anno Secundo.

Cùm autem, sicut accepimus, tametsi præmissa à memo-  
 rato Innocentio Prædecessore, maturo, ac saluberrimo fuerint  
 constituta, & ordinata consilio, illa nihilominus, nec dum  
 plenariæ executioni, ut par erat, demandata fuerint, neque  
 proinde optatos fructus usquequaque proferre valuerint; Hinc  
 est, quòd Nos, probè considerantes, nihil magis alios ad veram  
 pietatem, & Dei cultum assiduè instruere, & excitare, quàm  
 eorum vitam, & exemplum, qui se Divino ministerio dedi-  
 carunt, facillè fieri posse, ut populus in via Domini pro-  
 sperè, & feliciter progrediatur, si Clerus illi præluceat, ac  
 suavem in eo sanctioris disciplinæ, bonorumque operum odo-  
 rem diffundat: ac propterea eorundem præmissorum, ad hunc  
 tam pium, & salutarem finem tendentium subsistentiæ, ac  
 paratæ executioni, sublatis quibusvis impedimentis, quantum

cum

Confirmatio  
 præinsertæ Con-  
 stitutionis In-  
 nocentianæ.

cum Domino possumus, Pastoralis Nostre cura, & sollicitudine consulere cupientes, præinsertas Innocentii Prædecessoris literas, & quæcumque in eis constituta, ordinata, sancita, decreta, & declarata, ac aliàs quomodolibet contenta, & expressa, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, perpetuò approbamus, & confirmamus, ac quatenus opus sit, innovamus, & de novo constituimus, ordinamus, sancimus, decernimus, & declaramus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; necnon tam dilecto Filio Nostro, & Sedis prælatæ in Regnis Hispaniarum Nuncio nunc, & pro temere existente, quoad ea, quæ ad ipsum, ejusque Tribunal pertinent, quàm Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopis, Episcopis, ceterisque Locorum Ordinariis, & Superioribus, ac etiam dilectis Filiis, utriusque Clero Sæculari, & Regulari eorundem Regnorum districtè, ac sub interminatione Divini judicii, auctoritate præfata, harum serie præcipimus, & mandamus, ut illa omnia, & singula, omni mora, dilatione, & cunctatione sublata, debita obedientia exequantur, & accuratè, ac exactè servant, faciantque respectivè illa ab iis, ad quos spectat, & quando-cumque spectabit in futurum, eadem auctoritate omnimodæ executioni demandari, & inviolabiliter observari. Decernentes pariter, ita in præmissis per quoscumque Judices, Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ipsius S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & dictæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet, quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ prædictus Innocentius Prædecessor in literis suis præinsertis voluit non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Ut autem eadem præsentis literæ ad omnium notitiam faciliùs deveniant, volumus illas, seu earum exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranen., ac Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curixque generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari; Sicque publicatas, & affixas, omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent; Utque ipsarum literarum transum-

Decretum irri-  
tans.

transumptis, seu exemplis, etiam imprellis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ, in Ecclesiastica dignitate constitutæ, munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quàm extra illud ubique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxiii. Septembris 1724. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Mandatum de fide habenda exemplaribus.

F. Card. Oliverius.

XVII.

M E T O D O

Da tenerfi dal Clero nelle Congregazioni de' Sagri Riti, e Casi di Coscienza.

*Cit. Tit. XV. Cap. IX. pag. 59.*

**C**H I si raccorda, che Iddio per Osea disse a' Sacerdoti del vecchio Testamento: <sup>a</sup> *quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi*, rifletterà bene, quanta scienza si richiegga nel Sacerdozio Evangelico; non dovendosi negare alla verità quello, che richiedevasi all'ombra, ed agli enigmi. E maggiore scienza certamente richiedesi in que', che non hanno già da offerire sù de' Sagri Altari vittime di animali immondi, mà lo immacolato Agnello di Dio; e devono ministrare i Sacramenti, che dal dì lui aperto costato diramaronsi à beneficio dell' Universo. Per non essere adunque i Sacerdoti, ed ogni altro Ministro dell' Altare, come ignoranti, rigettati dagli esercizj de' nostri sagrosanti Misterj, frequenteranno le Congregazioni de' Casi, e de' Riti, tanto inculcate, precisamente nel presente Concilio Romano, le quali faransi nella maniera, che quì si soggiugne, e si propone doverfi osservare.

*Ad Tit. De celebrat. Missar.*

<sup>a</sup>  
*Osea 4. vers. 6.*

1. Una volta adunque per ciascheduna settimana ne' luoghi, da stabilirsi da' Vescovi, ed in Roma dall'Eminentissimo Signor Cardinal Vicario, farassi à vicenda, hor l'una, hor l'altra, la Congregazione de' Casi, e de' Riti. Vi farà un Prefetto,

fetto, che presederà: e sarà il costituito da' Vescovi medesimi, i quali parimente costituiranno un Segretario, coll'ufficio, come appresso.

2. Il giorno, ed hora prefissi significheransi dal Prefetto di ciaschedun luogo. Mezz' hora innanzi il Segretario di essa Congregazione farà sonare alla distesa, per un mezzo quarto di hora, la Campana della Chiesa, ove farassi la Congregazione.

3. Congregati, che faranno tutti nel luogo determinato, que', che debbono convenire, si darà principio alla conferenza, col cominciarfi dal Prefetto l'Inno: *Veni Creator Spiritus*, dopo il quale egli stesso soggiugnerà l'Orazione dello Spirito Santo, della Beata Vergine, e quell'altra *Actiones nostras* &c., nel qual tempo staranno tutti inginocchiati.

4. Finita la Orazione, si porrà ciascuno à sedere con ordine, la metà per parte, ed in mezzo, in faccia al Clero, sederà il Prefetto, il quale terrà avanti di sè un tavolino, con que' libri, che stimerà egli necessarj, come anche l'Orologio da polvere, per misurare il tempo, che dovrà durare la Congregazione, e sarà almeno di un' hora.

5. Da un lato del medesimo tavolino sederà il Segretario, che dovrà tenere presso di sè il ruolo di tutti quegli Ecclesiastici, che saran tenuti à convenire, con carta, penna, e calamajo, ed un libro grosso, che dovranno somministrarsi da' Procuratori de' Capitoli, Collegj, e Cleri obbligati; ed in tal libro dovranno registrarfi i Casi, che si discuteranno, colle loro decisioni, in ciascheduna conferenza, come si dirà appresso, parlandosi dell' ufficio del Segretario.

6. Posti che faranno tutti à sedere, il Prefetto per un quarto di hora leggerà, e spiegherà un capo di qualche Concilio Provinciale, ò Diocesano, appartenente alla propria Diocesi, acciòchè in questa maniera venga ricordata, ed inculcata à ciascheduno la legge, che de' osservare, e far da altri osservare.

7. Terminata questa lezione, e spiegazione, si passerà alla discussione di un sol Caso, ò rituale, ò morale, come si è detto di sopra *num. 1.*, intorno al quale discorreranno almeno due; e questi si caveranno à sorte da una bussola, ove faranno in tante cartelline i nomi degli obbligati alla Congregazione, acciòchè tutti vengano preparati. Intorno à ciò si spenderà un' altro quarto di hora, ò piu, secondo parerà spediante; avverten-

vertendo, che tale discussione segua con sodezza di dottrina, con brevità, e senza strepito di parole.

8. In fine della discussione il Prefetto, ò qualche altro (secondo altra più buona regola, giusta il numero de' soggetti, che vi faranno, il quale però si caverà à forte da un'altra bussola, e dovrà avvisarsi quindici giorni innanzi) brevemente determinerà la conclusione del caso proposto, con quelle sode dottrine, ch'egli stimerà più vere, e più fondate. Ed acciòchè possan tutti prepararsi, s'ingiunga à ciascheduno, che habbia presso di sè qualche libro di Autore più Classico, che tratti praticamente di Teologia, e Casi morali: e per le materie de' Sagri Riti, habbianfi almeno i Commentarj del *Sarnelli*, fatti stampare, e ristampare di ordine di Nostro Signore, il *Gavanto*, il *Bauldry*, e da' Parrochi anche il *Confetti*.

9. Nel terzo quarto di hora si metteranno in pratica i Sagri Riti; principiando dalla Messa privata, Messa solenne, Funzioni Parrocchiali, e ministrazione di Sacramenti; avvertendosi, che ciò si faccia un po' per volta, e con attenzione, da chi deputerà il Prefetto; dal quale si destinerà ancora un Maestro di Ceremonie, per le occorrenti animadversioni, e dovute ammende.

10. L'ultimo quarto si spenderà nell'orazione mentale; proponendosi da uno, che per le prime volte pur destinerà il Prefetto, i Punti da meditarfi, secondo il metodo dato da S. Francesco di Sales; e per maggior comodo, e facilità, potranno prendersi dal celebre *Tomaso de Kempis*. In appressò però, quando giudicherà il Prefetto, si caverà anche dall'altra bussola chi dovrà dare la meditazione, affinchè ognuno s'impratichisca in sì necessario, ed utile esercizio di orare.

11. Finalmente si terminerà la meditazione con qualche breve orazione vocale, come *Agimus &c. Confirma hoc Deus*, &c. e colle Litanie della Beata Vergine, e sua orazione in fine.

12. Fatti questi esercizi, s'intimerà la Congregazione futura, leggendosi à tal'effetto dal Segretario il foglio, che gli darà il Prefetto, dove sarà prescritto il giorno, e l'hora della medesima, e notato il Caso da discuterfi, con quella parte della Funzione, che dovrà mettersi in pratica, e chi dovrà dare la meditazione; il qual foglio poi dovrà affiggersi in luogo patente della Sagrestia, acciòchè da tutti sia veduto, e possa ciascheduno opportunamente prevedere collo stu-

dio la risoluzione del dubbio , che si discuterà , e prepararsi alla pratica della proposta funzione .

13. L'uffizio poi del Segretario farà , finita che sia la conferenza , di registrarla compendiosamente nel libro accennato ; notando primieramente il giorno , l' hora , ed il luogo , nel quale fù tenuta , co' nomi di tutti gli Ecclesiastici , che vi si faranno ragunati ; ò per far breve , con notarvi i soli assenti , acciochè siano corretti . Indi registrerà il Caso esaminato , i nomi di que' , che , usciti à forte , han discorso sovra il medesimo : indi vi trascriverà la decisione , che riceverà da chi l'havrà fatta : dipoi noterà quella parte della funzione praticata ; ed in fine si sottoscriverà col suo nome , e cognome .

14. Finito tutto ciò , dovrà lo stesso Segretario in una nota , sottoscritta da lui , notare i nomi de' mancanti senza legittimo impedimento , il quale deve sempre approvarsi dal Prefetto , e consegnarla al Vicario del Luogo , ad effetto di procedere alla pena stabilita ; e sarà obbligazione precisa de' Vicarj medesimi , di vedere , ed insieme invigilare , che il Segretario non manchi al suo uffizio , ad effetto di avvisarne i Vescovi medesimi , per darvi i rimedj opportuni .

15. E perche nel Segretario somma fede si ricerca , mentre al libro conservato da lui dovrà haverfi piena credenza per le attestazioni , che di ordine , ò del Vescovo , ò della sua Curia , si estraeranno intorno alla frequenza degli Ecclesiastici in questo esercizio ; egli dovrà giurare sovra il santo Vangelo in mano de' Vicarj de' Luoghi , di amministrare fedelmente il suo uffizio : nè si tralascierà nel libro stesso delle Conferenze di registrare l'Atto del dato giuramento .

16. Questo Libro , nel principio del quale si trascriverà questo Metodo , dovrà visitarsi ogni anno almeno da' Vescovi , ò da' loro Vicarj Generali , i quali non si graveranno d'intervenire di quando in quando à somiglianti Congregazioni , per osservarne la pratica , ed il profitto , e soprattutto ( perche più sogliono essere i negligenti , che gli osservanti delle leggi ) à fine di muovere gli svogliati anche col loro pratico esempio .

*F. A. Arcivesc. Vesc. di Avellino, e di Frigento  
Segretario del Concilio .*

EDIT-



## XVIII.

## E D I T T O

Intorno alla vita , ed onestà degli Ecclesiastici  
di Roma, e specialmente circa all' Abito,  
e Tonsura Chericale. fol. 147. 63.

*Cit. Tit. XVI. Cap. III. pag. 62.*

*FABRIZIO , per la misericordia di Dio , Vescovo di Porto,  
della S. R. C. Card. PAULUCCI , della Santità  
di Nostro Signore Vicario Generale &c.*

**L**A Santità di Nostro Signore , ben conoscendo , quanto quella stretta obbligazione , che hanno gli Ecclesiastici in ogni luogo , di dar buon' esempio , essenzialmente annessa al loro grado , singolarmente cresca in quegli Ecclesiastici , che dimorano in quest' Alma Città di Roma , e che per tal ragione dovrebbero essere il modello , e l' esemplare del restante Clero di tutto il Mondo Cristiano , giacchè , come scrive S. Bernardo <sup>a</sup> : *Clerum illum ordinatissimum esse decet , ex quo precipue in omnem Ecclesiam Cleri forma processit ;* affinchè i divoti , e fedeli Forestieri , che qui vengono , e tal' uni da Paesi lontani , restino edificati : ci hà perciò comandato di dover pubblicare il presente Editto , e di strettamente procurarne l' osservanza .

*Ad Tit. De Vita , & honestate Clericorum .*

<sup>a</sup>  
*Lib. 4. de Consuetudine  
derat. cap. 2.*

Inerendo dunque alla disposizione de' Sagri Canoni , e Costituzioni Appostoliche , & alle Ordinazioni , altre volte pubblicate , tanto circa la decenza dell' abito , quanto circa la Tonsura Ecclesiastica , con la quale i Sacerdoti , i prossimi agli Ordini Sagri , ed i Chericì di prima Tonsura , particolarmente que' , che godono Benefizj Ecclesiastici , benche semplici , ò che servono nelle Chiese , devono andare , e molto maggiormente presentarsi agli Altari , per celebrarvi , ò farvi altre sagre funzioni con la dovuta modestia , & edificazione ; e ben considerando quanto la decenza , e modestia dell' abito esterno sia valevole à dinotare l' interna onestà de' costumi : Primiera-

mente col presente Editto si rinnovano gli altri sopra tal materia pubblicati, ed in ispezie a' 29. Giugno 1667. , a' 10. Ottobre 1681. , a' 20. Novembre 1691. , a' 22. Novembre 1696. , a' 31. Marzo 1699. , ed a' 7. Dicembre 1706. per ordine de' Sommi Pontefici Clemente IX. , Innocenzo XI. , Innocenzo XII. , e di Clemente XI. di felice memoria , & à quelli riferendosi , e rispettivamente ampliandoli , ordina , e comanda

1. Che niun Sacerdote , ò ordinato *in Sacris* , ò Cherico Benefiziato , come sopra , ancorche il Benefizio sia tenue , secondo la risoluzione della Sagra Congregazione del Concilio a' 13. Settembre 1677. possa andare per la Città , dalla levata del Sole fino à mezz' ora di notte , con abito , e veste corta ; ma sia tenuto andare con abito lungo fino al collo del piede , detto volgarmente abito talare , che ciascheduno de' sudetti devono havere ; e se vi fosse qualcheduno , che non l'haveffe , se gli dà un mese di tempo à provvedersene : ed in oltre debba sempre portare la Cherica , ò sia Corona , ò Tonsura Chericale , della grandezza conveniente all' Ordine , e grado di ciascheduno , la quale però non sia minore d'un testone , e sia totalmente apparente , e così spesso rinnovata , che si possa ben vedere .

2. Ordina parimente , e comanda , che niun Sacerdote , ed ordinato *in Sacris* , ò ancora Cherico di prima Tonsura , come sopra , porti zazzera , ò capigliatura , che copra la fronte , e le orecchie ; e molto meno usi perucca , sotto pena in ciascheduno di detti casi , e per qualsivoglia volta , che si trasgredirà , di dieci scudi , d'applicarsi subito ad opere , e Luoghi pii , e di altrettanti giorni di carcere ; potendo inoltre esser certi que' , che contraverranno , che la disubbidienza farà loro di totale impedimento per conseguire qualsivoglia Benefizio , ò Offizio Ecclesiastico .

3. I Cherici poi di prima Tonsura , e que' , che hanno Ordini minori , ancorche non possleggano alcun Benefizio Ecclesiastico , non goderanno il privilegio del Foro , secondo la disposizione del Sag. Concilio di Trento *sess. 23. cap. 6. de reform.* , se non vanno in Abito , e Tonsura Ecclesiastica , e non servono alle Chiese , alle quali sono ascritti , secondo la dichiarazione della Congregazione deputata , approvata dal medesimo N. S. , con assistere a' Divini Offizj , ed alle Sagre Funzioni ne' giorni solenni , particolarmente della Semmana Santa , nell' accompagnare il Santissimo Viatico , nella frequenza de'

Sa-

Aliàs siquidem fel. rec. Pius Papa II. Prædecessor Noster, per quamdam ejus Constitutionem, ab eo editam, favore Ecclesiæ, & Civitatis Beneventanæ, sub Datum Mantuæ anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono, Nonis Septembris, Pontificatus sui anno secundo, inter cetera statuit, disposuit, & decrevit, quòd omnes primi medii fructus Beneficiorum Ecclesiasticorum, pro tempore vacantium, Ecclesiæ Beneventanæ (cujus adhuc Archiepiscopus existimus) qui à pro tempore existente Archiepiscopo Beneventano percipiebantur, in reparationem, fabricam, & augmentationem dictæ Ecclesiæ Beneventanæ, juxta ejusdem pro tempore existentis Archiepiscopi, ac unius ejusdem Ecclesiæ Beneventanæ Canonici arbitrium, converti debeant. Nos considerantes, præfatam Pii Prædecessoris Constitutionem, commodum, utilitatem, & incrementum præfatæ Ecclesiæ Beneventanæ summoperè concernere; ac cupientes illam perpetuis futuris temporibus semper, & inviolabiliter observari, ac Pii Prædecessoris præfati Constitutionis, desuper editæ, hujusmodi tenores, etiam veriores, præsentibus pro expressis habentes. Motu proprio, non ad alicujus, Nobis super hoc oblata, petitionis instantiam, sed ex mera scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, dispositionem, & decretum hujusmodi, Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illique perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: ac dispositionem, & decretum hujusmodi comprehendere omnia Beneficia Ecclesiastica, tam collationis Archiepiscopi, quàm Capituli, & Canonicorum dictæ Ecclesiæ Beneventanæ, vel Abbatis, de Paduli nuncupati, aut alterius cujuscumque inferioris Collatoris pro tempore existentium, ab eis conferenda, cessantibus reservationibus, & affectionibus Apostolicis; non tamen Beneficia Ecclesiastica, dispositioni Apostolicæ reservata, vel affecta, dicta Apostolica auctoritate declaramus. Præsentes quoque nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut quovis alio defectu, quantumvis magno, inexcogitato, & substantiali, aut ex quocumque alio capite, à jure, vel factò, aut statuto, vel con-

*Constitutio ipsa confirmatur.*

*Nova declaratio respectu Collatorum.*

consuetudine aliqua resultante, aut quocumque alio colore, prætèxto, ratione, vel causa, etiam in corpore juris clausa, quantumvis iusta, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariò exprimenda foret, aut quòd de voluntate Nòstra hujusmodi, aut aliis superioribus expressis, relatis in literis alibi apparet, seu aliàs probari possèt, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversùs illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concessio, aut impetrato, uti, seu se juvare in iudicio, vel extra possè; neque ipsas præsentès sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, & limitationibus, pro tempore quomodolibet faciendis, comprehendì, sed semper ab illis exceptas, ac perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari; sicque, & non aliter, in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices, etiam S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, & alios, quavis auctoritate, & potestate fungentes, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet in quocumque iudicio, & in quavis instantia aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, ac quidquid fecus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nòstra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, necnon etiam in Synodalibus, Universalibus, & Provincialibus Conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictæque Ecclesiæ Beneventanæ Statutis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate, alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, etiam Motu. & de Apostolicæ potestatis plenitudine similibus, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibus, ac aliis decretis, concessis, ac etiam pluries approbatis, & innovatis, quibus omnibus, &

Decretum irritans, & clausul sublata.

Decretum derogans.

singu-

Decretum pœ-  
nale .

singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc servanda foret, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ confirmationis, approbationis, declarationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei autè temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incuriurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo quarto, Nono Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno primo.

P. M. Card. Prodat.


F. Card Oliverius .

Visa de Curia I. C. Archiepisc. Amasenus .

Loco ꝛ Plumbi .

L. Martinettus .

*Registrata in Secretaria Brevium .*



XXIV.

LITERÆ APOSTOLICÆ  
 SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI  
 BENEDICTI PAPÆ XIII.

Quibus per totam Italiam, & Insulas adjacentes providendis de Beneficiis Ecclesiasticis, non affectis, aut reservatis S. Sedi, demandatur solutio mediæ annatæ favore fabricæ Metropolitanarum, & Cathedralium, ac Collegiatarum, respectivè Ecclesiarum.

*Cit. Tit. XXVII. Cap. Unic. pag. 98.*

B E N E D I C T U S  
 E P I S C O P U S  
 SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**P**IUS, & misericors Dominus, qui, dum pro peccatis No- *Ad Tit. De Eccl. edifican. vel reparan.*  
 stris irascitur, misericordiæ recordatur, Tempora Domi-  
 nica construi, & divinis precibus consecrari voluit, &  
 præcipit, in quibus cum hominibus habitat, ut plebs fidelis  
 per oblationes, & pacificas hostias devotæ orationis, iram Ju-  
 dicis mitiget, ipsius clementiam humiliter postulando. Nè  
 igitur Domos Dei, quas decet sanctitudo, & quarum decorem  
 summoperè diligendum, sacra eloquia testantur, propter tem-  
 porum injuriam collabi, in pejus ruere, minusque decenter  
 retineri contingat, Sacri Canones modis omnibus providere Introductio.  
 non omiserunt.

Verumtamen experientia ostendit, quod dolenter dici-  
 mus,

Italiae, & Insularum adjacentium, Ecclesiarum, Cathedralium praesertim, & Collegiatarum, decori concessitur.

Media annata, seu medii fructus beneficiorum primi anni in earumdem Ecclesiarum fabricae favorem respectivè conceduntur.

Beneficia excipiuntur, à S. Sede conferenda.

Consuetudo vel primorum sex mensium fructus, vel similem ratam solvendi, reservatur.

mus, haecenus constituta haud sufficienti praesidio fore, ut sacrarum legum vota adimpleantur; quamobrem, cum ad universalis Ecclesiae Pastorem pertineat, vigili cura in re tam sancta, in qua nulla sollicitudo nimia videri potest, nova subministrare subsidia, praesertim ubi de reparandis, iisve debito modo conservandis, Ecclesiis Cathedralibus agitur, & Collegiatis, in quibus fidelis populus frequentius ad orandum convenire solet; de consilio nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, & aliquot insuper dilectorum Filiorum Romanae Curiae Praelatorum, quos ad id specialiter deputavimus, consilio, ac etiam Motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, decernimus, praecipimus, & mandamus per totam Italiam, & Insulas adjacentes, ut in posterum provisi de Parochialibus unà cum incertis, annum redditum scutorum centum monetæ Romanae excedentibus, & de Canonicatibus, & Beneficiis, tam residentialibus, quàm non residentialibus, & simplicibus, sitis extra Ecclesias Collegiatis, cujuscumque valoris existant, teneantur solvere, & respectivè deponere mediam annatam pro fabrica Ecclesiae Cathedralis; Provisi verò de Parochialibus unà cum incertis, annum redditum scutorum centum monetæ praefatae excedentibus, & de Canonicatibus, & Beneficiis tam residentialibus, quàm non residentialibus, & simplicibus, sitis in Ecclesiis Collegiatis, vel ad illas translatis, cujuscumque valoris existant, itidem teneantur solvere, & respectivè deponere mediam annatam pro fabrica Ecclesiae Collegiatae, sive Beneficia praedicta liberae collationis, sive juris patronatus mixti, ac etiam laicalis fuerint, & ad quemcumque electio, collatio, institutio, & provisio pertineat, sive nimirum ad Metropolitanum, vel Ordinarium, sive ad Capitulum, sive ad alium quemcumque Inferiorem, dummodo collationis, institutionis, & provisionis S. Sedis minimè existant, aut etiam legitima non vigeret consuetudo solvendi, vel dimittendi fructus sex mensium, aut similem, non tamen minorem, ratam favore fabricae, vel Sacristiae; utroque enim in casu pro fabrica praedicta nihil solvendum, aut deponendum erit.

Ut autem praemissa, quae ad consulendum debito Metropolitanarum, & Cathedralium, ac Collegiatarum Ecclesiarum decori disposita dignoscuntur, suum sortiantur effectum, praecipimus, & mandamus, quòd mediae annatae hujusmodi deponantur

nantur penes personam idoneam, ab Episcopis cum scientia, & consensu Capitulorum deputandam, & successivè ab eisdem, deficiente necessitate occurrendi reparationi Ecclesiæ, investiantur, & collocentur in stabilibus, & fundis, seu capitalibus tutis, securis, atque fructiferis, ac, ubi fieri poterit, in locis montium Cameralibus non vacabilibus, pro dote fabricæ singularum Ecclesiarum prædictarum; ac ejusmodi dotium annuus proventus non in alium usum, quàm reparationis, conservationis, & manutentionis fabricæ earumdem Ecclesiarum, ab uniuscujusque Præfulibus, cum scientia pariter, & consensu suorum Capitulorum, in occurrentibus casibus erogetur: & quotiescumque dictas Ecclesias reparatione non indigere constiterit, annui etiam fructus, & fructuum fructus dotium prædictarum in aliis stabilibus fundis, & capitalibus tutis, atque fructiferis, ac respectivè in aliis locis montium eodem prorsus modo reinvestiantur, & collocentur, ad hoc, ut ipsæmet dotes majora in dies, benedicente Domino, suscipiant incrementa, adeoque earum redditus supportando reparationis fabricæ ipsarum Ecclesiarum oneri satis esse possint.

Medii fructus ipsi, prout exiguntur, penes idoneam personam deponendi.

Si fabrica non indigeat, fructus investiri, & collocari debere, decernitur.

Ceterùm super præmissis omnibus, ac præsertim super iis, quæ rectam, & fidelem præfatarum dotium administrationem respicient, eorundem Archiepiscoporum, Episcoporum, & Prælatorum inferiorum, atque etiam Capitulorum conscientiam peculiariter, & districtè oneramus; Ac insuper quoties Archiepiscopi, Episcopi, vel Ordinarii inferiores, ac respectivè Capitula in aliquo ex his defecerint, itaut vel ratione minùs fidelis, idoneique depositarii, aut ex causa non facti, vel minùs tuti, & exindè deperditi investmenti, aut demum propter erogata capitalia, vel fructus in alios usus, aliquod præjudicium emerferit patrimonio fabricæ, ipsi Archiepiscopi, Episcopi, vel Ordinarii inferiores, & respectivè Capitula, & singuli Canonici, qui defecerint, eorumque hæredes, & successores teneantur ad omnia damna, & interessè favore prædictæ fabricæ, eorundemque bona omnia pro potiori cautela affecta sint, & specialiter hypothecata favore ejusdem fabricæ.

In casu defensionis, quinam ad damna teneantur?

Quoniam verò Nestræ mentis non est per hanc Nostram Constitutionem, ut præmissimus, Sacrorum Canonum statuta, & præsidia minuere, sed, quantum in Domino possumus, augere favore Ecclesiarum, declaramus, & expressè volumus, firmissimum nihilominus manere onus reparandi, restaurandi, & manutenendi Ecclesias Cathedrales, Episcopis à jure injun-

Quomodo in fabricas erogandi?

Etum ; itaut in restaurandis , reparandis , & conservandis Ecclesiis Cathedralibus , antequam tangantur fructus , seu capitalia favore fabricæ , vigore hujus Constitutionis , conficienda , teneantur Episcopi , & ad normam Sacrorum Canonum exquiratur de eorum obligatione .

Medii fructus adhuc exigendi , provisionibus hic expressis , nõ obstantibus .

Prætereaque decernimus , hanc Nostram Constitutionem locum habere favore omnium Ecclesiarum Cathedralium , & Collegiatarum totius Italiæ , & Insularum adjacentium , tametsi pro nonnullis Ecclesiis æditæ fuerint aliquæ provisiones , sicuti per fel. rec. Innocentium PP. XIII. Prædecessorem Nostrum , pro tribus Ecclesiis , nempe Auximana , Viterbien. , & Tuscanen. , & per Nos hætenus pro quatuor , scilicet Nuscan. , Vigilien. , Castellaneten. , & Sypontina , mediante reservatione ratæ pensionis super fructibus earundem Ecclesiarum ad certum tempus favore fabricæ earundem Ecclesiarum , actum fuisse constet , & in universum pro Ecclesiis Regni Neapolitani emanaverit Constitutio san.mem. Innocentii PP. XII. etiam Prædecessoris Nostri , incipiens *Inscrutabili* , & supervenerit alia Nostra ampliativa , incipiens *Sacrofancti Apostolatus* .

Excipitur Archidiecesis Beneventana .

Excipimus tamen ab hac Constitutione Beneficia Nostræ Archidiecesis Beneventanæ ; dudum enim eorum respectu per aliam Nostram Constitutionem , incipientem *Romanus Pontifex* , confirmando , declarando , & ampliando antiquam Constitutionem fel. rec. Pii PP. II. pariter Prædecessoris Nostri , simile injunximus onus Beneficiis , in universa Archidiecesi existentibus .

Illæ item Dieceses , ubi aliunde provisum fabricæ , & reparationi .

Volumus autem , quòd huic Nostræ Constitutioni , seu solutioni mediæ annatæ prædictæ minimè subjecta existant Beneficia illarum Diecesum , & respectivè Collegiatarum , in quibus reperitur opus , seu peculiare patrimonium fabricæ , sufficienter instructum ; aut onus , seu obligatio reparandi , restaurandi , & conservandi Ecclesias residet penes Communitates Locorum , vel adsunt dictarum Ecclesiarum Patroni , qui , nisi reparare , & manutenere velint easdem Ecclesias , earum Patronatum amittere debent ; Cum enim in his satis consultum sit reparationi , & conservationi Ecclesiarum , nolumus aliud superaddere Beneficiatis impendium , quod vergeret in sublevamen eorum , qui de jure tenentur .

Decernentes easdem præsentis , ac præinsertas Literas semper validas , firmas , & efficaces existere , ac fore , suosque plenarios , & integros effectus sortiri , & obtinere , ac ab omnibus ,



bus , & singulis , ad quos spectat , & pro tempore spectabit , quomodolibet in futurum , inviolabiliter , & inconcussè observari ; sicque , & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios , & delegatos , etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores , ac S. R. E. Cardinales , etiam de Latere Legatos , & Apostolicæ Sedis Nuncios , aliosve quoslibet , quavis præeminentia , & potestate fungentes , & functuros , sublata eis , & eorum cuilibet quavis aliter judicandi , & interpretandi facultate , ac auctoritate , judicari , & definiri debere , ac irritum , & inane , si quid secus super his à quoquam , quavis auctoritate , scienter , vel ignoranter contigerit attentari .

Decretum pro observantia , cum clausula sublata .

Non obstantibus , quatenus opus sit , Nostra , & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo : necnon Constitutionibus , & Ordinationibus Apostolicis , Statutis , usibus , stylis , & consuetudinibus , etiam immemorabilibus , etiam juramento , confirmatione Apostolica , vel quavis alia firmitate roboratis : Privilegiis quoque , Indultis , & Literis Apostolicis quibuscumque , sub quibusvis tenoribus , & formis , & cum quibuscumque etiam derogatoriis derogatoriis , aliisque efficacioribus , efficacissimis , & insolitis clausulis , ac irritantibus , ac aliis decretis , etiam motu , scientia , & potestatis plenitudine similibus , & consistorialiter , ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis , confirmatis , & innovatis . Quibus omnibus , & singulis , etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis , eorumque tenoribus specialis , specifica , expressa , & individua , ac de verbo ad verbum , non autem per clausulas generales , idem importantes , mentio , seu quævis alia expressio facienda , aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret , illorum omnium , & singulorum tenores , formas , & occasiones , ac alia etiam speciali expressione digna , præsentibus pro plenè , & sufficienter expressis , insertis , ac servatis , respectivè habentes , hac vice dumtaxat , illis aliàs in suo robore permanens , ad præmissorum effectum specialiter , & expressè derogamus , ac derogatum esse volumus , ceterisque contrariis quibuscumque .

Contrariis omnibus derogatur .

Ad hoc autem , ut præsentis Literæ ad omnium notitiam facilius deveniant , & nemo illarum ignorantiam allegare valeat , volumus illas , seu earum exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranensis , & Basilicæ Principis Apostolorum , necnon Cancellariæ Apostolicæ , Curiaque generalis in Monte Citorio , ac in Acie Campi Floræ de Urbe , ut moris est , affigi , & publicari ;

Mandatum pro solita publica affixione .

blicari ; sicque publicatas , & affixas, omnes, & singulos , quos illæ concernunt , perinde arctare , & afficere , ac si unicuique eorum nominatim , & personaliter intimatæ fuissent : utque ipsarum præsentium transumptis , seu exemplis , etiam impres-  
fis , manu alicujus Notarii publici subscriptis , & sigillo alicujus Personæ, in Ecclesiastica Dignitate constitutæ, munitis, eadem prorsus fides , tam in judicio , quàm extra illud , ubique adhibeatur , quæ ipsis præsentibus adhiberetur , si forent exhibitæ , vel ostensæ .

Decretum pœ-  
nale adversus  
contravenien-  
tes .

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc No-  
stræ confirmationis , approbationis , inuovationis , ampliatio-  
nis , restitutionis , reintegrationis , decreti , declarationis ,  
statuti , voluntatis , mandati , constitutionis , assignationis ,  
præcepti , & derogationis infringere , vel ei ausu temerario  
contraire : Si quis autem hoc attentare præsumpserit , indi-  
gnationem Omnipotentis Dei , ac Beatorum Petri , & Pauli  
Apostolorum ejus se noverit incursum . Datum Romæ apud  
S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septin-  
gentesimo vigesimo quinto, IV. Idus Maii, Pontificatus Nostri  
Anno primo .

**P. M. Card. Prodatarius. F. Card. Oliverius.**

Vifa de Curia I. C. Archiepiscopus Amasenus .

Loco ✠ Plumbi .

L. Martinettus .

*Registrata in Secretaria Brevium .*



CON-

XXV.

## C O N S T I T U T I O

S A N C T I S S I M I D O M I N I N O S T R I

## B E N E D I C T I P A P Æ X I I I .

Qua san. mem. Gregorii Papæ XIV. Literæ Apostolicæ , certa excipientes delicta , & casus , in quibus Inquisiti Laici Ecclesiasticâ Immunitate gaudere non debent , confirmantur , declarantur , & ad alia etiam delicta , & casus extenduntur , ac ampliantur : Necnon Curiis Ecclesiasticis forma , in eorundem Inquisitorum extractione à locis immunibus observanda , præscribitur , cum aliis ordinationibus , & clausulis , ac derogationibus opportunis . *p. 100.*

*Cit. Tit. XXVIII. Cap. I. pag. 100.*

## B E N E D I C T U S

E P I S C O P U S

S E R V U S S E R V O R U M D E I

*Ad perpetuam rei memoriam .*

**E**X quo , divina disponente clementia , ad supremum universi Christiani populi regimen assumpti fuimus , considerantes , debitum , quo obstringebamur , Ecclesiarum , sacrorumque Locorum Immunitatem sanctam , tectam , inviolatamque ubique custodiendi , inter graviores suscepti Apostolici Ministerii curas meritò recenseri : diù , multumque rationes ,

*Ad Tit. De Immunitate .*

*Prælusio , Pontifex ,*

tificis mentem  
exprimens.

Gregorii XIV.  
fensus, in lata  
sua Constitutio  
ne circa reos, ad  
loca immunita  
confugientes.

nes, ac media Nobiscum expendere non omisimus, quibus ipsa Immunitas in pristinum venerationis, & reverentiæ locum restitui posset, ac in omnibus Orbis Catholici regionibus ita observaretur, quemadmodum prisca illa Majorum Nostrorum disciplina, & vetus Canoniarum Sanctionum norma præscripsit. Dum hæc sollicito animo revolveremus, in oculos primum incurrit celebris illa Constitutio, à fel. rec. Gregorio Papa XIV. Prædecessore Nostro, edita, quæ incipit *Cum aliis*: qua quidem Constitutione idem Gregorius Prædecessor pro Pastoralis zelo suo hunc ipsum in scopum intendens, facultates, & indulta, à quibusdam Romanis Pontificibus, ac præsertim à S. Pio V., & Sixto etiam V., Prædecessoribus itidem Nostri, tunc suis, concessa aliquibus Principibus, eorumque Officialibus, & Magistratibus extrahendi, ac abducendi ab Ecclesiis, aliisque locis immunibus, certorum criminum reos, & delinquentes, reformavit, moderatusque fuit: Simul autem delictorum frequentia, unde publica tranquillitas maximè perturbatur, occurrere volens, ac impedire, quantum licebat, ne aliqua graviora à pravis hominibus patrarentur sub certa impunitatis spe, quam ex confugio ad loca immunita sibi parabant, nonnulla expressit, & explicavit crimina, & casus, in quibus laicos delinquentes Ecclesiastica Immunitate nequaquam gaudere voluit, & decrevit; ac insuper Judices constituit, qui in occurrentibus casibus, an delictum esset, nec ne, in eadem Gregoriana Constitutione exceptum, cognoscere, & declarare deberent; certamque demum formam in extractione prædictorum delinquentium à locis immunibus observandam stabilivit, & inviolabiliter ab omnibus perpetuò observari mandavit, quemadmodum in prædicta Constitutione, anno Incarnationis Dominicæ 1591. nono Kal. Junii promulgata, uberius continetur.

Controversiis  
diluendis super  
vera ipsius  
Constitutionis  
intelligentia,  
non una dicitur  
fuisse sollicitudo  
Romanorum  
Pontificum cura.

Quoniam verò, post editam hujusmodi Constitutionem, ob varias Doctorum, eam interpretantium, sententias, & variam itidem Curiarum Ecclesiasticarum in illius executione proximam, multiplices contentiones super vero, rectoque ejus sensu inter Ecclesiastica, & Secularia Tribunalia exortæ fuerunt; quamplures Romani Pontifices, ac præsertim piæ mem. Clemens IX., Clemens X., & Clemens XI. Prædecessores similiter Nostri, de præfatis contentionibus dilucida casuum exceptorum explicatione submovendis, non semel, sicut accepimus, deliberarunt, facilioremque insuper eos probandi, & de-

declarandi methodum , ut ejusdem Gregorii Prædecessoris mens plenius executioni demandaretur , Curis Ecclesiasticis præscribere cogitabant ; sed ab aliis distracti curis , ac interim morte præventi , destinata perficere nequiverunt . Hinc igitur est , quòd Nos , omnino expedire arbitantes , ut ejusmodi controversiis finis aliquando imponatur , eorumdemque Prædecessorum pio , atque salubri proposito inhærentes , Motu proprio , ex certa scientia , ac matura deliberatione Nostri , deque Apostolicæ potestatis plenitudine , hac Nostra perpetuò valitura Constitutione , in primis providam memorati Gregorii Prædecessoris Constitutionem cum omnibus , & singulis , in ea contentis , atque dispositis , amplissimè confirmamus , approbamus , & innovamus , & , quatenus opus sit , criminum in illa exceptorum reis , & delinquentibus , Immunitatem Ecclesiasticam suffragari nequaquam debere iterum , ac de novo decernimus , & declaramus . Præterea non absque gravi animi Nostri dolore animadvertentes , ob auctam , atque in dies invalescentem perversorum hominum malitiam , sæpe , ac sæpiùs nonnulla alia gravia crimina perpetrari , quæ non minùs , quàm illa in Gregoriana Constitutione , ut præfertur , excepta , publicam quietem perturbant , proinde ad delinquentium audaciam , ac ejusmodi delictorum frequentiam , quantum fieri poterit , coercendam , pro Apostolici muneris Nostri debito , ea , quæ inferiùs explicabuntur , statuenda censuimus .

Cum itaque prædicta Gregoriana Constitutione cautum sit , ut publicis latronibus , viarumque grassatoribus , qui itinera frequentata , vel publicas stratas obsident , aut viatores ex insidiis aggrediuntur , Immunitas Ecclesiastica minimè suffragetur ; non levis autem inter Doctores emerferit controversia , an quis ex unico actu publicus latro , & grassator dici possit , vel plures ad id actus requirantur : Nos , ejusmodi controversiam dirimere intendentes , unicam tantùm grassationem in via publica , aut vicinali admittam , sufficere ad hoc , ut quis publicus latro , & grassator dici valeat ; dummodo tamen grassati mors , aut membrorum mutilatio secuta fuerit , tenore præsentium definimus , & declaramus .

Insuper ab Ecclesiasticæ Immunitatis beneficio excludimus , atque repellimus , & pro exclusis , atque repulsis haberi volumus , nedum eos , qui homicidia , aut mutilationes membrorum in Ecclesiis , earumve Cæmeteriis committere audent , quemadmodùm in Gregoriana Constitutione sancitum

Gregoriana  
nunc ipsa Con-  
stitutio cum pri-  
mis confirma-  
tur .

Quidam Grego-  
rianæ Constitu-  
tionis casus de-  
clarantur .

Nova delicta re-  
est :

cenſentur, quæ  
Immunitatis  
beneficio non  
gaudere decer-  
nuntur.

est; verum etiam eos, qui stantes in Ecclesia, vel Cœmeterio, interficiunt stantes extra Ecclesiam, vel Cœmeterium, aut ipsis membrum mutilant: necnon eos, qui stantes extra Ecclesiam, aut Cœmeterium, occidunt stantes intra Ecclesiam, vel Cœmeterium, aut iis membrum mutilant: ac eos tandem, qui confugientibus vim inferunt, atque ipsos ab Ecclesia, aliove loco immuni violenter extrahunt, & abducunt: Declarantes in quatuor præmissis casibus ejusmodi Reos, non illius tantum Ecclesiæ, quam violarunt, sed cujuscumque, etiam alterius Ecclesiæ Immunitate gaudere nequaquam posse, aut debere.

Ad hæc in crimine Assassini non modò mandatarios, qui in ipsamet Gregoriana Constitutione apertè excipiuntur, sed etiam mandantes, qui certum præmium, aut mercedem sive in pecunia, sive in aliis rebus tradiderint, aut promiserint, quamvis promissio nullum habuerit effectum, dummodo Assassinium re ipsa patratum fuerit, ab Ecclesiasticæ Immunitatis beneficio excludimus, ac pro exclusis perpetuò haberi volumus, & mandamus.

Excludimus pariter, repellimus, atque privamus ejusdem Immunitatis privilegio interficientes proximum suum animo præmeditato, ac deliberato. Falsificantes Literas Apostolicas: Ministros Montis Pietatis, vel alterius publici Telonii, aut Banci pro depositis Principis, privatarumque personarum destinati, furtum, aut falsitatem in prædictis locis committentes, cujus ratione arca pecuniaria ita minuatur, ut pœnæ ordinariæ locus sit: Constantes, adulterantes, vel tondentes quas-cumque monetas aureas, vel argenteas, etiam Principum, exterorum, quotiescumque in loco, aut Provincia, ubi crimen admittitur, liberum habeant usum, & commercium: vel ipsas monetas conflatas, adulteratas, aut detonsas scienter ita expendere, & erogare præsumentes, ut fraudis conscii, atque participes censerì possint: Illos demum, qui sub nomine Curix sese introducunt in alienas domos, animo ibidem perpetrandi rapinas, easque re ipsa committunt cum homicidio, aut mutilatione membrorum alicujus ex domesticis earumdem ædium, vel etiam extranei, quem ibi fortè reperiri contigerit, dummodò homicidium, vel membrorum mutilatio sequatur.

Ceterum, cum diuturna experientia compertum fuerit, Curias Ecclesiasticas in casibus, qui hæctenus evenerunt, difficulter probare, & consequenter declarare potuisse delictum, pro

pro quo quis ad Ecclesiam confugerat, fuisse comprehensum in numero exceptorum, propter variam earumdem Curiarum praxim, & varias pariter opiniones Doctorum, qui antedicti Gregorii Prædecessoris mentem, quoad normam, ab ipso præscriptam, recipiendi probationes, & procedendi ad declarationem criminum exceptorum, interpretari voluerunt: statuimus, præcipimus, & mandamus nullam in hoc de cetero haberi rationem cujuscumque interpretationis ejusdem Gregorianæ Constitutionis, quæ à quocumque Doctore prodierit, neque praxis à quibuslibet Curii, aut Tribunalibus inventæ, imò nec quarumcumque declarationum, quæ ab hujus Almæ Urbis Nostræ Tribunalibus, sive etiam à Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Immunitati Ecclesiasticæ præpositorum, emanaverint, quatenus præfenti Nostræ Constitutioni adversentur; sed in occurrentibus casibus normam hinc à Nobis præscribendam inviolabiliter ab omnibus observari volumus, & sancimus.

Quotiescumque igitur Curia Ecclesiastica à Curia seculari fuerit requisita, ut Laicum aliquem delinquentem è loco immuni extrahi, ac illi consignari faciat, eaque super delicti excepti qualitate, ac personæ reitate subministrata, vel acquisita sint indicia, quæ ad capturam decernendam sufficere videantur; tunc Curia Ecclesiastica ad ejusdem Delinquentis extractionem ab Ecclesia, aliisve locis immunibus, ope, ac medio suorum Executorum, implorato etiam, quatenus opus sit, brachii secularis auxilio, & cum interventu personæ Ecclesiasticæ, ab Episcopo deputandæ, procedere teneatur; extractumque ad suos carceres asportari, ac ibi sub tuta custodia detineri curet, & faciat. Ubi verò ex processu informativo desuper conficiendo, constet de crimine excepto, ac insuper adversus eundem Extractum talia resultent indicia, ut crimen ab eo fuisse patratum moraliter credi possit (quæ quidem indicia juxta regulas juris vocantur ultra torturam) eo tandem casu præfatum Extractum Ministris, & Officialibus Curie Secularis tradere, & consignare possit, ac debeat, exacta tamen, receptaque priùs ab ipsis obligatione, in forma juris valida, restituendi Extractum Ecclesiæ, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, Nobis, ac pro tempore existenti Romano Pontifici reservatæ, quatenus idem Extractus indicia, contra ipsum, acquisita in suis defensionibus purget, ac diluat. Quòd si ea minime purgaverit, & verè delinquens repertus

Varia in judiciis, circa rationem probandi delictum, gaudeat, nec ne Immunitate, opiniones referuntur.

Omnibus rejectis, nova servanda ratio statuitur.

fuert, Curia Seculari in ipsum tali casu, ut juris esse censuerit, agere, atque procedere liceat.

Privativè quoad  
Judices reli-  
quos, five Ecce-  
siasticos, five  
laicos, an deli-  
cè de exceptis  
sint, declarare,  
Episcoporum  
tantummodo ef-  
fe, decernitur.

Præterea, considerantes sæpeditum Gregorium Prædecessorem in sua Constitutione optimo quidem jure sanxisse, ut soli Episcopi, & non alii, Episcopis inferiores, etiam si locorum Ordinarii sint, aut nullius Diocæsis, aut Conservatores à Sede Apostolica specialiter, vel generaliter deputati, cognoscere, & declarare valeant, an delicta, pro quibus Inquisiti ad loca immunita confugerunt, & in eis se receperunt, sint, necne de genere, ac numero exceptorum: Nos, providam ejusmodi dispositionem approbantes, & confirmantes, eique inhærentes, Motu, scientia, ac potestatis plenitudine similibus, tenore præsentium, quibuscumque Magistratibus, Officialibus, & Ministris Secularibus, necnon quibusvis aliis personis cujuscumque gradus, & conditionis existant, etiam si Imperiali, Regia, Ducali, aut alia quavis mundana dignitate, aut auctoritate præfulgeant, districtè interdiciamus, ac inhibemus, ne hujusmodi causis, vel conficiendo processus, vel Inquisitos extrahendo à locis immunitibus, vel declarando crimina, ab eis admissa, esse de exceptis in Gregoriana, aut in præsentì Nostra Constitutione, ullo pacto sese ingerant, aut immisceant. Quòd si secus quidam attentare præsumperint, ex nunc omnia in contrarium præmissorum gerenda, irrita, & inania, nulliusque roboris, vel momenti perpetuò fore, ipsosque attentantes in censuras, & alias pœnas à Sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis, adversùs eos, qui jurisdictionem Ecclesiasticam quoquo modo lædunt, ac violant, inflictas, incurrere decernimus, & declaramus: volentes, intendentes, ac expressè mandantes, quòd omnimoda cognitio, atque judicium de criminibus, in Gregoriana Constitutione exceptis, & à Nobis superiùs explicatis, tum etiam de aliis, quæ in præsentì Nostra Constitutione adjicenda, & similiter excipienda duximus, quemadmodum, ut præfertur, adjecimus, & excepimus, ad Episcopos tantum, privativè quoad omnes alios, perpetuò spectet, atque spectare debeat; & donec ipsi in occurrentibus casibus declaraverint delictum esse de exceptis, & cetera omnia à Nobis superiùs constituta adimpleverint, Inquisitos Ecclesiæ, vel alterius loci sacri, ad quem confugerunt immunitate gaudere tutò debere, ac in ea conservandos, & manutenendos esse statuimus, præcipimus, & mandamus.

Uni-



Universos demum, & singulos Venerabiles Fratres Nostros Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos, quos hujus Nostræ Constitutionis executores deputamus, in visceribus Domini Nostri Jesu Christi hortamur, & paternam charitate admonemus, ut quanti momenti sit hoc negotium, serio cogitantes, in occurrentibus casibus qualitatem testium, & probationum pondus summo studio, ac vigilantia scrutentur, omnemque fraudem, & dolum procul arceri satagant; quin etiam Sacerdotali pectore, quotiescumque opus fuerit, iis omnibus obsistant, qui ejusdem præsentis Constitutionis executionem, ac observantiam quomodocumque temerario ausu impedire præsumerent. In reliquis porro casibus tam in hac Nostra, quam in Gregoriana Constitutione non exceptis, memores quam acriter semper, & qua eximia, ac prorsus singulari animi fortitudine Majores Nostri pro Ecclesiastica libertate, ac Immunitate pugnaverint, nihil de illa imminui permittant, neque sacris juribus labem ullam irrogari patiantur, sed ea pari sanè zelo, atque constantia tueri curent: ab omni tamen tumultu, ac perturbatione caventes, ne jactantiæ causa potius, quam miserationis, & justitiæ titulo, Ecclesiastica privilegia asserere velle videantur.

Constitutionis hujus observantia Episcopis omnibus, Majorum zelo ipsi proposita, demandatur.

Decernentes easdem præsentis Literas, & in eis contenta quæcumque semper valida, firma, & efficacia existere, ac fore, suosque integros, atque plenarios effectus ubique fortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit quomodolibet in futurum, inviolabiter, & inconcussa observari; sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quavis præeminentia, & potestate fungentes, ac functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ac autoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam, quavis autoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

Non obstantibus quibuscumque Cancellariæ Nostræ Apostolicæ regulis, necnon quorumcumque Prædecessorum Nostrorum Literis Apostolicis, Privilegiis, Indultis, & facultatibus, quibusvis personis, etiam speciali mentione dignis, &

Contrariis derogatur.

quavis quantumcumque sublimi dignitate, & autoritate fulgentibus, & ex quibusvis etiam gravibus, ac urgentissimis causis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum, concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones, ac alia, etiam speciali expressione digna, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, ac servatis respectivè habentes, hac vice dumtaxat, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis  
credendum de-  
cernitur.

Ut autem præsentibus Literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, seu earum exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque generalis in Monte Citorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari; sicque publicatas, & affixas, omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent: utque ipsarum præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manualicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ, in Ecclesiastica dignitate constitutæ, munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quàm extra illud, ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Decretum pœ-  
nale.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ voluntatis, sanctionis, declarationis, confirmationis, præcepti, decreti, mandati, prohibitionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se no-  
verit

verit incurfurum . Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millefimo feptingentefimo vigefimo quinto, fexto Idus Junii, Pontificatus Noſtri anno ſecundo .

P. M. Card. Prodat.

F. Card. Oliverius .

Vifa de Curia I. C. Archiepiſc. Amafenus .

Loco ✠ Plumbi .

L. Martinettus .

*Regiſtrata in Secretaria Brevium .*

XXVI.

DECRETUM GENERALE

Sac. Rit. Congregationis, prohibens laicis osculum Evangeliorum intra Miſſam : uſum Baldacchini in Eccleſiis : & aſſiſtentiam in Presbyteriis .

*Ad Tit. XXVIII. Cap. IV. pag. 103.*

**C**UM pluries Sacra Rituum Congregatio, inhærendo Decretis aliâs editis, & ſignanter in Lucerina die 22. Novembris 1664., 28. Septembris 1675., & 13. Martii 1688. declaraverit, nullo modo dandum eſſe Evangelium ad oſculandum ſecularibus, etiam Præſidi, in celebratione Miſſarum; Necnon eis prohibuerit uſum Baldacchini, & præfertim in Acernina die 26. Junii 1666., Baren. 5. Martii 1667., & 17. Junii 1684. Marſicen., Polignanen., & Miletan. 5. Martii 1667. Hieracen. die 2. Octobris 1683., & Biteſten. 23. Septembris 1684. Ac inſuper denegaverit aſſiſtentiam in Presbyterio, & ſpecialiter in Materanen. 24. Januarii 1665., Melphitana 15. Junii 1665., & Baren. 20. Novembris 1677., & 22. Februarii 1687.

*Ad Tit. De Immunitate .*

Eminentiffimi, & Reverendiſſimi DD. Cardinales, eidem Sac. Congregationi Præpoſiti, mandarunt, ut prædicta Decreta, prohibentia perſonis ſecularibus oſculum Evangelii, uſum Baldacchini, & aſſiſtentiam in Presbyterio, renoventur,

tur, & copiæ illorum transmittantur Archiepiscopis, & Episcopis &c. eidem injungendo, ut illa intimari faciant Superioribus Ecclesiarum suæ Diœcesis, tam Secularibus, quàm Regularibus, & in casu transgressionis, procedant etiam contra Regulares, auctoritate ejusdem Sacræ Congregationis, ad pœnam interdicti; Et ita decreverunt, &c. Die 13. Martii 1688.

### A. Card. Cibo.

Loco † Sigilli.

*Bernardinus Casalius Sac. Rit. Cong. Secret.*

---

### MONITUM

*Præfixo hujus Appendicis ordine, subsequi hîc deberet numerus XXVII., Elenchus videlicet Testamentum Synodaliû, Sacrosancto in hoc Concilio pro singulis specialis Romanæ Provinciæ Diœcesibus electorum, citatus supra Cap. Unico Tit. XXIX. de Accusationibus. Cumque Testes ipsi, uti ab eisdem Sanctissimis Provinciæ Patribus propositi, & à Concilio ipso confirmati, jam innotescant, ne Volumen aliàs in molem excrescat, id jure sufficere decretum est, ut ii scilicet singillatim à suismet Episcopis secreto de eorum munere admoneantur, & illorum nomina, pro futura rei memoria, in Concilii Actis solummodo adnotentur.*

## XXVII.

## C O N S T I T U T I O

*SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI*

## B E N E D I C T I P A P Æ X I I I .

Qua Locorum Ordinariis Italiæ, Insularumque adjacentium districtè mandatur, ut Seminario- rum erectionem sedulò promoveant, eorumque honestæ sustentationi provideant Taxa, & subsidiaria respectivè unione Beneficiorum, juxta modum à Sacro Tridentino Concilio præscriptum; ac insuper nova instituitur Congregatio, Seminariorum nuncupanda, quæ re- cto illorum regimini, & administrationi præsi- deat, cum aliis ordinationibus, & clausulis, ac derogationibus opportunis.

*Cit. Tit. XXX. Cap. I. pag. 105.*

## B E N E D I C T U S

## E P I S C O P U S

## S E R V U S S E R V O R U M D E I

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**C**REDITÆ Nobis cœlitùs dispensationis Officium sa- *Ad Tit. De*  
lubriter exequi, adjuvante Domino, satagentes, ad *Magistris.*  
ea mentem, curasque Nostras libenter convertimus,  
per quæ sedulæ Clericorum institutioni opportunè prospicitur.  
Ubi enim illi à teneris annis, cœu plantæ novellæ, benigniori  
cultu-

Introductio, &  
Constitutionis  
occasio.

cultura educantur, hoc est, ad pietatem, morum candorem, literarumque scientiam in Seminariis accuratè informantur, cum postea ad laboriosa Ecclesiastica ministeria in Vineam Dominicam transplantantur, Ecclesiarum regimini, populorumque saluti maximè fructuosos, ac utiles esse, diuturna plurimorum annorum experientia satis compertum habemus.

Clericorum Se-  
minaria, ubi  
non adhuc ere-  
cta, erigenda  
demandantur.

Cum itaque Seminarii Ecclesiastici erectio à Sacra Tridentina Synodo *cap. 18. sessione 23. de reformat.* Episcopis omnibus tantoperè commendata, & ad Ecclesiasticam disciplinam conservandam adeò necessària, in pluribus Cathedralibus Ecclesiis, quemadmodum non sine gravi animi Nostri mœrore accepimus, hucusque neglecta fuerit; Nos pro Pastoralis vigilantiae Nostrae debito pium hoc, & sanctum opus strenuè promovere cupientes, Motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, universis, & singulis Locorum Ordinariis Italiae, Insularumque adjacentium, hac Nostra perpetuò valitura Constitutione districtè injungimus, præcipimus, & mandamus, ut in Cathedralibus, in quibus Seminarium hæctenus erectum non fuit, illud quamprimum erigi, ac omnino institui curent; ubi verò jam reperitur erectum, sed congruis redditibus ad Alumnorum, Magistrorumque sustentationem necessàrii instructum non est, de iis, ut infra, opportunè provideant. Utroque igitur casu, nimirum tam pro erectione novi Seminarii, quàm pro supplemento reddituum Seminarii jam erecti, Taxam cum consilio duorum de Capitulo, & totidem de Clero conficiant à memorato Tridentino Concilio *cap. 18. sessione 23. de reformat.* præscriptam, incipiendo ab integris fructibus Mensæ Episcopalis, & absque ullo discrimine proseguendo, juxta normam ibidem expressam, & providè constitutam. Eidem verò Taxæ omnia, & singula Beneficia Secularia, & Regularia per quoscumque, etiam Venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales, necnon Nostros, & pro tempore existentis Romani Pontificis Familiares, & Camerae Nostrae Apostolicæ Clericos, Ministros, ac Officiales quoscumque, præsentés, & futuros, obtenta, & in posterum obtinenda, ac omnia insuper Beneficia Secularia Prioratibus, Commendis, vel Bajulivatibus Ordinis Fratrum S. Joannis Hierosolymitani quomodocumque unita, aut de cetero unienda, necnon fructus, ac redditus Confraternitatum Laicorum, ex certis fundis, & capitalibus provenientes (non autem summas pecuniarias, quæ à Confratribus

Taxa ad Tri-  
dentini Concilii  
mentem confi-  
cienda.

Quinam sub  
ipsa Taxa com-  
prehendendi?

tribus quolibet mense, vel anno, vel per modum elemosynæ, vel in vim statutorum contribuuntur) subijci, & ad illius solutionem perpetuò teneri decernimus, statuimus, & mandamus; Declarantes ab ea exemptos esse debere Regulares pro iis tantum Beneficiis, vel fructibus, quorum ratione ipsis Apostolica Sedes disertè, ac expressè, & ex causa verè, ac propriè onerosa indulgit, ut ab onere Taxæ pro Seminario exempti sint.

Porrò ejusmodi Taxa juxta locorum qualitatem respondere debeat summæ scutorum trium pro quolibet centenariò proventuum Beneficii, & si necessitas urgeat, augeatur etiam usque ad summam quinque pro centenariò; ita ut numquam minor scutis tribus, neque major sit scutis quinque pro quolibet centenariò, & anno; ac in illius confectioe regula, à Tridentino Concilio in prædicto *cap. 18.* sancita, accuratè, & adamussim observetur. Donec autem nova hæc Taxa confecta, & à Congregatione à Nobis deputata, ut infra dicitur, approbata fuerit, alia Taxa, quam Seminarium antea exigere consueverat, omnino perolvatur. Ceterum novæ Taxæ exactio semper committatur personæ fide, & facultatibus idoneæ, ab Episcopo, & Cathedralis Ecclesiæ Capitulo specialiter approbandæ, & deputandæ, ita quidem ut quoties Exactor hujusmodi negligens, aut minus idoneus repertus fuerit, illius culpam idem Episcopus, & Capitulum portare debeant, & pro non exactis, atque deperditis respectivè de proprio teneantur, liceatque Seminario tam contra Exactorem, quàm contra Deputantes, eorumque hæredes, quocumque tempore agere nedum pro deperditis, sed etiam pro non exactis ad præcisam Taxæ faciendæ normam, & quantitatem.

